Biblioteca estense universitaria
Largo S. Agostino 337
I-41121 Modena MO
Tel ++39 + 59 222248
Fax ++39 +59 230195
b-este@beniculturali.it
http://bibliotecaestense.beniculturali.it

44.o.14.2

CASTIGLIONE, CRISTOFORO

Consilia

[Al segno della fontana], Venezia 1560

BIBLIOTECA ESTENSE
44
O
14
MODENA

1. Nevo TB NIEVO, Alessandro

2. Castelliono VB

1) BVEE011818 ph 8829
inv. A 11935

2) VBoe23861
inv. A 11937

Valde obloquit Bald. de Sforo castillione q scripsit contra Baldū in casu occurrenti ut p Bald. cons. 44 p totū lib. 2 ubi q dignus est inuolui loro et fieri p astra notare cū tñ soliter de nocte que rodina, et basa cum grillis

2)



CELEBERRIMI, PRAESTANTISSIMIQVE PONTIFICII, CAESARIIQVE IVRISCONSVLTI, AC EQVITIS, DOMINI CHRISTOFORI DE CASTELLIONO, IVRECONSVLTORVM SVA TEMPESTATE, facile Principis, diuersa Consilia, ante hac nunquam in lucem ædita.

NVNC DEMVM ACCVRATA OPERA, AC DILI-
GENTI CVRA D. ALOYSII ANTONII COGNOMENTO
de Maria, Patria Salernitani. I. V. D.
CVM SVMMARIIS, AC INDICE
AMPLISSIMI LOCVPLETATA.



VENETIIS.
Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.
M D L X.

CELLEBERRIMI I. V. D

AC EQVITIS, DOMINI CHRISTOFORI

DE CASTELLIONO, SVA TEMPESTATE FACILE PRINCIPIS CONSILIA ANTE HAC NVNQVAM IN LVCEM AEDITA ACCVRATA OPERA AC diligentia. D. Aloysii Antonii Cognomento de Maria: Patria Salernitani. I. V. D. Cum Summariis, & Repertorio Amplissimis.



SVMMARIVM.

An inimicitia causata ab initio culpa creditorum faciant debitores liberetur ope exceptionis.

1 *Inimicitia causata ab initio culpa creditoris, an faciat debitorem liberari ope exceptionis.*
2 *Mora an faciat transire casum fortuitum ad debitorem, vbi aliàs non tenetur.*
3 *Casus supueniẽs: mora p̃cedente, morã non excusat.*
4 *Genus perire non potest.*
5 *Qui occasionẽ damni dat: damnum dedisse videtur.*
6 *Casus oportet esse de dubitabili.*
7 *Iniuria illata debitori morosõ iniuriã creditoris: an nocere debeat ipsi creditori: vel debitori?*

CONSILIVM. I.

DVIDAM erat debitor quorundam pupillorum in certa quantitate pecuniæ ex causa societatis ad certum terminum iam elapsum, deinde elapso dicto termino & sic debitore existente in mora etiam per interpellationẽ expulsis dictis minoribus de ciuitate & omnibus de illa terra de qua erant ipsi compulsus dictus debitor per dominationẽ tunc cõmunitatis illius ciuitati dominantem ad esbursandum dictam pecuniæ quantitatem ipsi dominanti. Modo redicunt dicti minores & petũt dictam pecuniam. excipit debitor quòd ipsi dolo faciunt ad petẽdum id quod soluere cohactus est etiam per detemptionẽ personæ ob ipsorum iniuriam & q̃ ipse est liberatus saltem ope exceptionis cum istam cohactionẽ passus fuerit ob iniurias ipsorum creditorum. Modo dicunt dicti creditores quòd ipse debitor fuit in mora. & q̃ etiam propter morã transit periculũ ad debitorẽ &c. Modo quæritur quid iuris?

1 ET PRIMO videtur quòd debitor non sit liberatus etiam opposita exceptione doli & hoc quia istæ inimicitiæ† istorũ creditorum non processerunt culpa seu defectu ipsorum, secus si dictæ inimicitiæ essent causatæ a principio culpa ipsorum creditorũ & ita videtur tenere Angel. Bald. & Cin. in l. penult. §. i. ff. solu. ma. Incontrarium videtur esse veritas & pro hoc videtur casus in l. si merces. §. culpę. ff. locati. & ibi glo. quæ expresse tenet quòd vbi damnum est datum in re cõducta ab inimicis coloni applicatur culpę coloni & tenetur tanquam si ipse dedisset damnum siue illa inimicitia fuerit culpa coloni siue non imo indistincte loquitur & videtur casus in dicta. l. penult. §. i. ff. sol. ma. quã glo. sequũtur cõmuniter Doctores & Bar. in l. creditor. ff. desolut. tenet quòd si est exactus debitor in iniuriam creditoris quòd est liberatus debitor vt. l. meras. §. culpe. ff. locati. & l. i. in princ. ff. solu. ma. & l. Paulo Calimaco. de leg. iii. & l. liberto. §. Lutius. ff. de annuis legatis idem tenet effectualiter Bar. in d. l. penult. ff. so. ma. Dyn. tenet pro debitore ĩ d. l. liberto. §. Lutius titius Bald. idem tenet in l. nouissime. ff. quod falso tutore autore vbi plenè tractat istã quæstionem in l. falsis. C. de furtis. hoc idem tenet d. Angel. in quodam suo consilio quod est cxli. luorum consiliorum & incipit in Christi nomine amen Tyranus. & allegat dictum. §. culpe & dictam. l. penult. in prin. & quòd non debeat fieri illa distincto cũ inimicitia illa processerit culpa creditoris non videtur casus expressus coniuncta glo. in l. si is cum quo in prin. dum dicit iniuste. ff. cõmuni diui. & ista est cõmunis opi. Doctorum & hanc opi. sequuntur d. Ia. de Are. Dyn. Rai. in dicto. §. culpe & loquũtur indistincte. Sed modo restat vnum dubiũ. quia iste debitor erat in mora soluendi debitũ etiam per interpretationem q̃ non videtur liberatus casu fortuito subsequente† cum mora faciat transire casum fortuitum ad debitorem vbi alias non teneretur vt. l. illud. ff. de periculo & cõmodo. rei venditę. Et hoc casu licet fuisset

2

debitor liberatus per dictam cohactionē si nō fuisset in mora per iura & rationes prædictas tamē quia hoc damnū dicit creditor se nō passurū fuisse si soluta fuisset pecunia tpe debito,qa si ipsam habuisset:ipsam expēdidisset.l.cū res.§.
3 i.ff.deleg.i.& dicit ibi Bald.quòd † casus superueniens morā non excusat a mora præcedenti: vbi ergo ante moram liberaretur, quia de casu non teneretur, post moram tenetur vt .l.quòd te.ff.si cer.pet.&.l.inter stipulantē.§. penult.ff. de verb.ob.& ibi glo.& l.fi.ff.de condi. furtiua.
4 Et si est in spetie,multo magis in genere quod perire non potest vt.l.incendium.C.si cert.pe. Sed ad hoc potest respondere quòd cū iste debitor esset obligatus in genere quod perire nō potest & sic non erat plus obligatus ad soluendum creditoribus illam pecuniæ quantitatem quam fuit cohactus soluere.quā aliàs non fuisset liberatus nisi eo quòd fuit passus iniuriam ob inimicitias creditoris & ista est causa liberationis debitoris ita potest dici hoc casu attento quòd vltima mora & vltimum factum quod est causa liberandi debet attendi.Nam cui dubium quòd si debitor obtulisset pecuniā, & creditor etiam post moram noluisset recipere ꝙ fuisset liberatus debitor vt.l.illud superius allegata.l. sed si alia.ff.de const. pecunia.&.l.legis aquil. actio.ff.ad.l.aquil. & isto casu. & perinde ac si fuisset in mora ꝓp factum creditoris est factum quominus possit solui cū ergo debet esse
5 eius damnū † quia qui occasionē dāni pstat dānum fecisse videtur vt.ff.ad.l. acquil l.qui occidit.§. in hoc accedat optime pro hac opi.ꝙ scribit Bart.post glo.Sic dicebat etiam in hoc d. Signorolus videri scriptum in.l.arbitrio.§. fi.ff.de dolo vbi post morā debitoris in soluendo stichum debitum Tertius potentior interficit stichum debitum ob iniuriam creditoris animo damnificandi ipsum creditorem & propter odium quod habet occidens versus creditorem certe ascribitur leui culpę creditoris vt ibi notat glo.&.l.merces.§.culpę.& d.l.penult. quo casu debitor liberat a creditore cuius culpa leui contingit casus fortuitis in re debita,& quòd ille.§.loquatur quando debitor illius stichi erat prius in mora, & postea. tertius iniuriā creditoris interficit eum, & debitor liberatur sequitur Bar.in l.si ex legati causa,& in l.stichus de verb.ob.& ꝙ necessario ita intelligi debeat ex eo apparet. nā ille.§.loqtur ī debitore stichi.Modo si debitor non fuisset in mora, debitor non tenetur de casu fortuito proprie qñ eueniisset sine culpa alicuius: multo magis non debet teneri de casu fortuito contingente culpa leui creditoris,& sic ille.§.nullū haberet du-
6 bium † vt ergo sit de dubitabili oportet intelligere quòd stichus interfectus est post moram debitoris,& quo casu tenet debitor đ casu fortuito proprie contingente sine culpa alicuius, a quo casu liberatur si casus fortuitus contingit in re debita culpa,& in iniuriam creditoris quæ leuis culpa creditoris ꝓpōderat dolo vel latę culpę creditoris:cōmissis ī soluēdo cū culpa creditoris nocere debeat ipsi non debitori. Nā iniquū esset debitorē teneri de casu fortuito cōtingēte culpa creditoris† quia iniuria illa
7 ta debitori moroso in iniuriam creditoris debet nocere ipsi creditori non autē debitori vt l.si per imprudentiam.ff.de euictionibus.&.l.exceptione.ff.de fideiuss.& sic in d.l.arbitrio.§.fi. est casus ꝙ si post moram debitoris cōmissam in soluendo debitum,quo casu debitor tenetur de casu fortuito proprie sine culpa in pecunia debitoris cōtingente si casus fortuitus contingat culpa leui creditoris & principaliter in ipsius creditoris iniuriam debitor liberatur ab isto casu & hoc vt culpa creditoris noceat ipsi creditori non autem debitori vt iuribus supra allegatis:iniuria facta creditori in ipsius creditoris iniuriam noceat ipsi creditori & non alii. Non obstat si debitor soluisset pecuniam debitam creditori tēpore debito ipsam expendidisset:nec dictam violētiam passus fuisset creditor. Responde.l.cum res.§.fin. loquitur cum post moram debitoris in re debita cōtingit casus ꝓprie fortuitus sine alicuius culpa sed post moram debitoris in casu nostro contingit casus fortuitus proprie culpa creditoris & in iniuriam creditoris tantum,quo casu debitor liberatur a creditore,cuius culpa & iniuria contīgit casus fortuitus: vt culpa crditoris noceat ipsi creditori non autem debitori,& vt iniuria illata debitori inexigēdo debitum per vim noceat ipsi creditori,& non debitori:vt.l.arbitrio §.fi.ff.de dolo. Nō obstat aliud motiuum qa interdum mora debitoris fuit ordinata ad casum violentę exactionis, quia distulit ad hunc effectum vt postea regente Tyrāno per vim exigeretur, tunc dolus debitoris præponderatur culpę leui creditoris vt d.l.Item si obstetrix.ff. ad.l.aquil. Inter dum non fuit ordinata mora debitoris ad casum violetę exactionis,quia nō distulit ad hunc effectum soluere vt postea exigeretur a regente ciuitatem per vim, tunc culpa leuis in violenta exactione cōmissa præponderatur dolo cōmisso in non soluendo vt debitor liberetur a casu fortuito contingente culpa leui creditoris vt d.l.arbitrio.§.fin.Isto casu reperitur dolus & culpa leuis creditoris cōmitti circa diuersa:ideo vnum quādoq; operabitur circa id ad quod sunt cōmissa vt.l.item si obstetrix.§.fi.nam dolus iaculatoris iaculantis in seruum meum & leuis culpa serui sunt commissa circa eandem personā serui mei ideo dolus iaculatoris præponderatur culpę leui serui, ne dominus priuetur seruo suo per dolū iaculatoris hic vero dolus est cōmissus ī soluēdo in casu violentię commisso, pecuniam debitam, demum culpa leuis creditoris est cōmissa in casu violentię commisso in exigendo ipsam pecu

niam


niam a debitore, Certe mora operatur vt debitor teneatur de casu fortuito, proprie contingente sine culpa alicuius culpa leuis creditoris contingit in exigendo ipsum debitorē per vim cōmissa in iniuriā creditoris; Ista operatur vt debitor exactus per vim, liberetur a credito re: cuius culpa, euenit ista violētia vt ob iniuriam creditoris, noceat ipsi debitori vt in iuribus supra allegatis: & ita vult Ange. singulariter intelligendo in d.l. creditor. & Dominus meus in l.si. ex legati causa. §. fi. quando tertius interficicit seruum debitorem post moram debitoris. Itē adest pactum speciale quòd debitor nō teneatur de casu fortuito contingente sine dolo & cupla debitoris: ergo vi pacti non tenebitur de casu fortuito contingente sine culpa alicuius, multo magis non tenebitur de casu fortuito, cōtingente culpa leui creditoris. Ex quibus omnibus cōcludo quòd si post moram debitoris, debitor a Regente ciuitatem, inimico creditoris est exactus per vim: Ista violētia prę sumitur in iniuriā creditoris cōmissa; & ob hoc ascribit leui culpę creditoris, & debitor liberatus é a creditore cuius culpa leui, & iniuria, euenit vt iuribus & rōnibus supra allegatis.

SVMMARIVM.

An stante statuto ꝙ maritus nihil relinquat vxori si testator relinquit vxorē suā dominā massariā & vsufructuariam pro ut facere cōmuniter consueuerunt talis dispositio valeat nec ne.

1 *Statuto cauente quòd maritus nihil relinquat vxori, si testator reliquerit eam dominam, & vsufructuariam: an talis dispositio valeat?*
2 *Monosillaba, &, posita inter incomprahensibilia, resoluitur in alternatiuam.*
3 *Inconsuetudinibus municipalibus stricti iuris, an locus sit interpretationi extensiuæ?*
4 *Vsufructus, pars est dominii.*
Cum remouetur totū, remouetur & quælibet pars eius, ibidem.
5 Donatio inter virum & vxorē quare interdicta?
6 *Testamenti factio an publici vel priuati sit iuris?*

CONSILIVM. II.



IN IESV Christi nomine Amen. P. certos filios cuiusdā sui fratris īstituit hæredes, & cōsquēter extraneos, voluit autem ꝙ vxor sua foret domina ꝑdomina & vsufructuaria bonorum suorū, † modo inspecto statuto municipali Alexandrino prohibente totaliter marito, ne quidquam relinquat vxori suæ vnde primum quæritur de effectu illius legati, inspecto iure Romano & communi. Secundo quid iuris, inspecto dicto iure municipali.

Circa primum, illud est vulgare dubium, qđ tetigit Acur: gloxator. C. si mulier secūdo nup. l.i. & auctentica sua: respondens, quòd ipso licet iure Romano, videatur mulieri prima frōte, data electio. vtrum velit plenam proprietatē bo-
2 norum, an velit vsumfructū † eo quòd illa monosillaba: & posita inter incomprahensibilia, resoluitur in alternatiuam, & sensus sit, quòd relinquit vxorē: dominā aut vsufructuariā, quia tamē manifestissimus est testatoris. sensus, ꝙ testator voluit alios sibi fieri hæredes. s. filios ex fratre illam reputat veram conclusionem, concludo: vbi supra quòd vxor fit tamē modo vsufructuaria, quāquam existentibus filiis & hęredibus, consuetudo fuerit in curia bulgari, quòd relictū huiusmodi rerstringatur dūtaxat ad onus alimentandi, concludit nihilominus glo. illa † quoniā
3 in talibus consuetudinibus particularibus seu municipalibus velut stricti iuris: nō est locus interp̄tationi extensiuę dimissa ratione pactū reformate, iuxta plene scripta. ff. dele. l. de ꝙbus, & per Cyn. in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo & ꝑ Bart. & alios in l. oēs populi de iusti. & iure & cōseq̄nter illa cōsuetudo rescripta in filiis hæredibus, non porrigitur ad extraneos hæredes glo. illa tandem, ibidem tenet quòd non, atenta consuetudine in extraneo hærede, Mulier iure cōmuni Romano, habitura est plenariū vsum fructum omnium bonorum mariti, & Doct. ét ponunt. ff. de publi. l. cum exibuissent. §. i. & rerū amotarum. l. ii. & plenius per Bart. qui concludit illudmet. ff. de le. ii. l. titia. cum. §. i. adhuc tangitur in speculo. qui filii sint legi, & illa est cōis omnium conclusio, quòd in hærede extraneo continuatur vsufructus omnium bonorum.

De secunda nulla est dubitatio, imo probabiliter dici potest more Celsi respondentis suo labeoni quòd stulta est consultatio huiusmodi, plusquam enim ridiculum est dubitare ne prohibitus omnino relinquere suæ vxori, videatur
4 etiā prohibitus de vsufructu † & vsufructus pars est dominii vnde cum remouetur totum, remouetur & quælibet eius pars. ff. de vsufructus. l. vsus. & de verbo. obli. l. qui vsumfructum, &. ff. de
5 reb. dub. l. si is qui ducenta. §. vtrū &. l. a procura re. C. māadti. † Sicut enim antiqua Oratio Imperatoris, suspectas habuit personas mariti & vxoris: iuicē cōstāte matrimonio, vt se mutuo spoliarent, vicissim donando in vita, quo inter eos donatio huiusmodi fuit interdicta ad prouisionem & cōmodum eorum, vt effugeretur, inter eos spolium inlicitum, sic & credidit in Ciuiuitate Alexandria, illud municipale statutum, quòd cum & tēpore testamenti adhuc durat matrimonium, cum mutuo amore se spoliarent ēt in reliquendis post mortem, illa optima ratione interdixit marito vxori indistincte. ne quid posset vxori per testamentum relinque re, quod nemo dubitat potuisse induci illa mu nicipali lege inter suos subditos, secundū Bart. & oēs


& omnes tenẽtes de illo municipali ſtatuto, q̃ valet quinimo, quòd ligat maritum etiam teſtãtem in alieno Territorio, vt ſcribitur in.l.cunctos populos ne valeat vxori relinquere alio
6 modo, quam de quo in ſtatuto. † Eſt enim teſtamenti factio, non priuati iuris, ſed publici.ff.de teſta.l..iii.& hominibus iure publico cõceſſa ſingulari ex priuilegio ſcilicet, quòd poſſint diſponere de bonis ſuis poſt mortem, & tempore quo res illę non amplius ſunt ſuæ,& ita teſtantur de alienis: ſecundum inquit glo. ff. de hæred. inſti.l. illa inſtitutio meritò iuris ciuilis eſt teſtamen.factio,vt inſti.de teſta.in princ.& ibi glo.penult.facit.ff.de pœnis, quidã relegatus de teſta.mili.l.neq; .§.i.velut ergo ciuilis, relinquitur, diſpoſitioni cuilibet ſtatuti municipalis, quo fit vt illud illicitum factum vxori, quo relinquit illam dominam & vſutructuariam,nullius ſit momenti.

SVMMARIVM.

Confeſsio obligationis facta,& iurata per tutorẽ an noceat pupillo?

1 *Confeßio obligationis facta,& iurata per tutorem an & quando noceat pupillo.*
2 *Tutoris cõfeßio tutorio nomine facta quãdo valeat?*
3 *In tutoris mãdato, niſi adminiſtratio cõceſſa videt.*
4 *Bonorum poſſeßio pupillo delata,an ipſi inuito quæratur?Et ad ipſam acquirendam,an ſufficiat in iuditio vel extra:eam agnouiſſe.*
5 *Tutoris officio finito,nunquid remaneat amplius ex facto ſuo obligatus tutor: vel pupillus factus adultus.*
6 *In iudicãdo nõ eſt recedendũ ab authoritate gloſæ: niſi lex vel cõſuetudo in contrariũ foret expreſſa.*

CONSILIVM. III.



NIESV Chriſti nomine Amẽ. In facto proponitur, quòd:A: tutor & tutorio nomĩe: L:quodam publico inſtrumento confeſſus fuit, & in veritate publicè recognouit cuidam .P. ſe eidem.P.dare & ſoluere teneri, libras quingentas ſexaginta laminorum, quas vt ſequitur in inſtrumento idem.P.ſoluit diuerſis & variis perſonis pro ipſo.M.dicto nomine diuerſis de cauſis, & ſpecialiter partim occaſione certorum gualdorum, renuntians exceptioni dictæ confeſsionis vt ſupra non factæ,dictæque quantitatis pecuniæ ipſi.P.non debendæ modo quo ſupra: in bona forma, Quas libras quingentas ſexaginta dictus .M: dicto nomine, eidem.P. ſuisque hæredibus dare promiſit, ad ipſius.P. ſeu perſonæ legitimæ,pro ipſo liberam voluntatem & ſimplicem requiſitionem: Promittens dicto.P.præſenti & ſtipulanti & ſolemniter atque iurans ad ſacra Dei Euangelia manu corporaliter tactis ſcripturis hẽre & tenere perpetuo prædicta rata grata & firma ſub pœna dupli dictæ quantitatis, ac refectione omnium damnorum intereſſe,& expenſis litis:obligando omnia & ſingula bona ipſius.M: dicto nomine,& ſpecialiter certam quantitatẽ gualdorum ipſius. M: obligauit in vna parte pro florenis:& in alia parte pro aliis florenis: &.c. Et rogatum fuit per vtramq; partem inſtrumẽtum publicum per notar.ipſo ĩ inſtrumento nominatum.

1 Vnde quæritur † an dicta occaſione, obligatus fuerit pupillus ille dictus Luchinus,in dictis libris quingentis ſexaginta laminorũ.
Quod non videtur,cum & vulgo receptum eſt, tutorem per modum voluntariæ iuriſdictionis ſponte confitentẽ coram iudice ſe tutorio nomine dare debere, Recipiẽs forſitan ab ipſo iudice præceptum ſponte de ſoluẽdo, nihil obeſſe pupillo,taliter confitendo, multo minus extra iudicium voluntariè confitendo;Hinc eſt q̃ cum quæſitum fuiſſet, an ſufficeret huiuſmodi tutores taliter confiteri,legislator putat nõ ſufficere,ſecundum legem illam vulgarem de qua ff.de confe.l.certum.§.ſed an ipſos. Quãquam aliud foret,ſi per modũ contentioſę iuriſdictionis tutor tutorio nomine fuiſſet confeſſus,vt.ff. de procur.l.nõ ſolum in princ.& de admini.tuto.l.quod.§.qui temporale, & per Cyn.ſcribitur ad plenum, & præceteris omnibus opinionibus, illud quod prædixi putat eligen.in.l.i.C. de confeſsis.q.xiiii.& per Bar.in dicto.§.ſed an
2 ipſos.† Nec immerito cum quoties interrogatus in contentioſa iuriſdictione, tutor fatet inuitus ad illud cogitur,nec enim pupillũ indefenſum reliquiſſet: At videatur quoties fatetur per modum voluntarię iuriſdictionis,quaſi volens aduerſario gratiam facere,creditur donare,qđ nullatenus cadit in cõceſsione etiã libera,vt.ff.de pac.l.cõtra iuris ciuilis.§.i.& de donatio.l.ſi filius in prin.de manumiſsio.ſeruus ab agnato,de curatore furio.l.ab agnato, &.l.fin.

Cæterum verius reor oppoſitum, & ſatis inferri ex eo inſtrumento pupillum obligatũ eſſe. Cuius gratia animaduertendum eſt, circa tutores & reliquos adminiſtratores, generalẽ acliberam adminiſtrationem habentes, quod interdum confitẽtur ſimpliciter eorum pupillos, vel ſe ipſos tutorio nomine debere,aut ipſis nihil deberi,Et tunc non valet confeſsio extorta eo modo,per modum ut præfertur voluntarię iuriſdictionis,& minus quando ſponte extra iuditium,quo caſu loquitur,dictus.§.ſed an ipſos cum aliis de quibus ſupra,ratione iam dicta;videlicet quòd talia protinus ſunt pro donatione habenda,velut pupillo ſemper nociua & non aliqualiter actu nec habitu ei vtilia,eo q̃ non reputãda aliqualiter de adminiſtratione,vt ꝓbant iura anteſcripta, & cõſequẽter non ſunt talia in

mandato

madato generali cum libera authoritate.com-
3 prẽhensa † eo quòd ex illo mandato, non fuit
concessa nisi administratio, quod ergo non est
de administratione,nullatenus venit ī mãdato.
Propterea legimus per simile ī bonorum pos-
sione,pupillo delata,ꝙ tutor huiusmodi posses-
sionem,pupillo competentẽ repudiare nõ po-
test,imo tãtum modo eã petere permissum est,
quoniã illud est de administratione, Sed non re
pudiare,veluti non ens de administratione,præ
sertim quia illud repudiare: non potest pupillo
4 nisi obesse.† Cum & si ei remaneat delata inui-
to non ꝙritur, vt.ff.de bo.po.l.iii.§.inuito imõ
ad aquiren.bonorum possessinem, illud admi-
nus est necessarium:quòd agnoscatur ī iuditio,
nec sufficit eã agnouisse extra iudiciũ.C.ꝙ ad-
mitti ad bo,posse.po.l.fi.vnde si tutor non pro-
hiberet repudiare,posset pupillo nocere & non
prodesse,quoniã nec ea ex repudiatione,posset
aliqualiter teneri pupillo tutelę actione, & ita
esset per omnia de illa confessione iuris & non
facti, qua confiteretur per pupillum deberi,aut
alterum sibi non teneri. Cum & si euidens fo-
ret ex ea confessione damnum pupilli. Nulla
tamen ratione posset tutelę per pupillum cõ-
ueniri,quasi ergo talia in administratione nõ ca
dẽtia & cõsequẽter:nec ī mãdato legitimo pos-
sunt aliqualiter videri legitimo administratori
concessa vt supra,quòd si tutoris confessio cõ-
tineat non ius sed factum puta se mutuo,vel al
ter contrahendo, aliquid recepisse tutorio no-
mine,aut sibi solutum vel datum fuisse dicto no
mine,vel cuilibet alii pro ipso pupillo recipien-
ti forsitan aliàs creditori ipsius pupilli, & tunc
1 valet confessio ẽt in præiudicium sui, Pro qui-
bus est tex. ad literam cum glo.in verbo apoce.
ff.de admi. tuto.l.lucius.§.tutelę Nec imerito,
quoniã in ratione tutelę, tenetur tutor pupil-
lo taliter receptos,bonos facere, & cõsequẽter
talia cadunt in administratione, Hinc est ꝙ tu-
tores possunt cogi ad tales apocas pecunia nu-
merantibus ad probationem confitiendas.C.
de fi.instru.plures apocisci s. Amplius vltra cõ-
fessionem in instrumento sequitur stipulatio,
qua stipulatus fuit.P.ab illo.M.libras supralcri-
5 tas;promittendo tutorio noĩe † Quo casu nulla
est dubitatio,quòd finito tutoris officio,nõ te-
netur tutor ex facto suo,imo pupillus factus a-
dultus,solus remanet obligatus, illa ratione qa
tutor sumpsit officium ex necessitate,iuxta ad
plene notata.ff.de procur.l.procurator qui pro
euictione,& est expręssum.ff.de euictio.l.illud.
§.i.& ibi licet multas videre concordãtias. Ac-
cedat.ff.de admini.tuto.cum pluris.§.& de eui-
ctio, si ideo .ii. responso cum si. Illud tamen
fateor,quòd si quis in stipulando a tutore seu a
curatore,non personam pupilli, sed tutoris se-
quutus:scilicet specialiter cum ipso tutore con-
tractum habuerit, & ab ipso non nomine tuto-
rio, sed proprio stipulatus est, nullã stipulanti
prorsus aduersus pupillum actionem competere manifestum est, vt.C.si tutor vel curator interuenerit.l.penult.& glo.ibi in verbo, nullam, ideo inquit nullam cõpetere actionem in pupillum quia dixerat se nolle cum minoribus cõtrahere,aliàs vt subiicit glo.expręssẽ,ex contractu seu stipulatione tutoris ī pupillum daretur actio,vt & datur pupillo,ergo &c.

Conclusio est ergo,quòd pupillus maior factus tenetur finito tutoris officio ex contractu illo,& diuinationem imo:ad textum, vim maximam facit in.§.tutelę quod Bart. innuit in illo §.tutelę, de illa apoca.quòd esset manu nõ tutoris cu tunc nõ foret nisi confessio.imo manu notarii publici cõfecta,ita ꝙ notariis attestaretur realem & veram numerationem nõ simplicem tutoris confessionẽ,merito prẽualet sẽtẽtia glo.quæ intelligit in verbo,apoce.de sola tutoris cõfessione;nec ab re, qm̃ hoc magis est de
6 natura apocę.rursum quoniã † in iudicando, nõ est recedẽdũ ab authoritate glo.nisi in cõtrariũ foret lex vel consuetudo ineuitabiliter vel expresse,secundum Bar.in.l.i.C.qui pro sua iurisdictione, nec nocet text. in dicto .§. tutelę in verbo soluisset,licet Bart. illud allegasset, eo ꝙ soluisse conuincuntur debitores & probantur sola apoca.illud attestante, & ita text.ibi aperte videtur supponere quanuis ideo fuerit ibidem adiecta conditio:ibi si soluissent &c. quoniam non valuisset, quæuis a debitoribus facta solutio,sed ita demum si tẽpore administrandę tutelę, & tutori tutelam gerenti facta reperiretur,a debitore suo.Pro tanto notanter fuit in tex.adiecta illa conditio:Recte igitur hic intercesit illa confessio,maxime facta stipulationis implẽdę causa:quo per eam confess.probat numeratio,& quòd in rem pupilli illa pecunia fuerit cõuersa quasi ideo sit reputanda magis necessaria quam voluntaria, vt.ff.de noua.l.si ita stipulatus fuero.§.i.cũ.l.sequenti.& de verbo. ob.si stipulatus.§.grisogonus,& si certum petatur.l.certi conditio.§.quoniam alioquin stipulatio sequens esset in valida vti facta sine causa. ff.de doli except.l.ii.§.circha.

SVMMARIVM.

An succedens in feudo,teneatur creditoribus feudatarii præmortui.

1 *Succedens in feudo,an teneatur creditoribus feudatarii præmortui.*
2 *Lex.xij.tabularũ an hæredes tantũmodo obliget?*
3 *Agnato an liceat feudũ ab hæreditate separare:& creditoribus non teneri.*
4 *Feudi obligatio domino præsertim præiudicans, an sit prorsus interdicta?*
5 *Feudi obligatio vtile dominium tantum: obliganti pertinens:apprehendit.*
6 *Resoluto subiecto,resoluetur & accidens.*

7 *Bona acquisita à feudatario post infeudationem: an dicantur feudataria fieri, deq; ipsis idem quod de feudo iudicandum sit.*
8 *Dominium non transfertur absque traditione.*
9 *Promissio de tenendo infeudum, an faciat feudum.*
10 *Promissio de mutuando, an faciat mutuum,*
11 *Verba enuntiatiua an transferant possessionẽ:*
12 *Rem propriam quis an possit in feudum recognoscere, & quare.*
13 *Feudum an similitudinem habeat cum locatione, conductione, emptione, & emphiteosi?*
14 *Feudi natura & substantia quæ sit.*
15 *Duæ fictiones an possint simul concurrere,*
16 *Obligans omnia bona sua: veniunt & futura etiã: non quæ hæredis sunt.*
17 *Ius pignoris sequitur quẽcumq; possessorem.*
18 *Fructus iurisdictionis mæri & mixti imperij, qui dicantur.*
19 *Iurisdictio an morte alicuius eam habẽtis, expiret.*
20 *Iurisdictio dominio æquiparatur.*

CONSILIVM. IIII.

ILLVSTRISSIME Princeps, & iclite Dux, de solita vestri iustitia de qua non solum subditi vestri exultant, sed vniuersus orbis cõgaudet itelleximus vos velle satisfacere hæredibus spectabilis & famosissimi legum Docto. d. Signoroli, de Homodei, & egregio, ac subtili, iurisutriusque Doctori, domino Petro de Besutio
1 pro salariis eisdem debitis † occasione lecturæ studii thauren. & eisdem sub oblatione, & hipotheca omnium bonorum & obuentionum pro missis, per Illustrem quondam Bonęmemoriæ, dominum Ludouicum Principẽ Achaye &c. patruumq; vestrũ, sed hoc ita demum facere intenditis, si de iure tenemini, vnde pro parte Ducalis. V.D. Allegari videntur quædam persuasiue rationes. Et primo ꝙ vos nõ succesistis præfato. d. Principi iure hæreditario, & per consequens frustra laborant omnes creditores volẽ-
2 tes vos eo iure teneri. † Quia lex xii. tabularũ, solum modo hæredes huic rei facit obnoxios. l. fi. C. de hære. actio. Non existentes vero hæredes non obligat. l. i. C. de iure deli. Sed succesisti
3 stis feudorum iure. † Quod si pro quia cõcessum est agnato, feudũ ab hæreditate separare & creditoribus non teneri, vt. c. i. an agnatus, vel fi. de re. in vsibus feudorum, quanto magis prælibatę dominationi, non tam in feudo succedenti, quàm iure proprio deuolutionis vestrum proprium apprehendenti, licitum erit hanc separationem facere, vnde ex hoc notisime concluditur, vos obligatione personali nullatenus teneri. Sed & secundo allegatur ꝙ nec realis hipoteca, contra vos intentari potest † Cum quælibet
4 feudi obligatio, præsertim dño præiudicando, sit prorsus interdicta, vt clare & notorie legitur & habetur, in constitutionibus, Lotarii & Federici Imperatorum, de prohi. feu. ali. in prædicto libello feudorum & in aliis quampluribus eiusdem libelli locis † quinimo & si prefato domino Ludouico, concessum fuisset feudum, iure suo
5 feudi, obligare † ea tamẽ obligatio, non apprehendisset nisi vtile dominiũ: eidem obligãti per tinens, plus. n. obligare nõ potuisset. l. i. ff. de pi. l. si rẽ alienã. ff. de pi. & l. aliena. C. si res ali. pi. da. fuerit, & ar. in l. traditio. ff. de acquiren. re. do. Quo postea defuncto secundo: legitimo feudi succesore, ipsum vtile dominium resoluitur, & tanquam fumus euanescit, ac directum dominium penes vos, solidum & plenũ remanet pro
6 pterea & liberum † Quia resoluto vtili tãquam subiecto, necesse est omnia iura eidem tãquam accidens coherentia resolui, vt in c. i. ver. quid ergo, de inuesti. de re. ali. fu. & ff. de pi. l. lex vecti
7 gali cum si. Tertio allegatur † quòd licet appareat præfatum quondã dominum Principem aliquas terras & castra acquisiuisse post infeudationem eidẽ factam, tamen dicitur hec omnia venire & agregari feudo, & feudalia fieri, & de ipsis idem, quod de aliis feudalibus iudicandũ vtsupra præsertim vigore cuiusdam pacti, facti per aliquem, seu aliquos prædecessores ipsius quondã, domini Principis, vel etiam per ipsum, in quo dicitur contineri quòd quæcunq; bona ipsorum seu ipsius, & quæ in factũ aquirent sint & teneant de feudo, & sic confessus, seu confessi fuerũt teneri a prędicta vestra dominatione, quasi dicta cõfessio vim habeat cõstituti: trãsferatque possessionem, vt glo. videtur voluisse, in l. cum falsa. C. de iur. & fa. igno. & l. si rem aliquam & talem transferat, quem requiritur: Nam contractus feudalis super quo emat, qui cum iuncta glo sua. i. ff. pro empto. l. iusto. §. fin. de vsucap. & eã possessionẽ fieri directũ dñium, tanquam causam suam. l. i. c. per quas personas, præsertim cum adsit te. feu. ar. in l. quædm mulieri. ff. de rei ven. Quarto allegatur, quod posito sine præiuditio, vt prædicta postea acquisita, per præfatum. d. Ludouicum non venirẽt in feudo, tamen vos relinquistis populos in sua libertę, vt se dederent, cui vellent, quibus se voluntariè vobis subiicientibus, videmini terras ipsas de nouo acquisiuisse, nõ autem succesisse, nec in titu. singulari.

+ Sed iustissime Princeps, hiis suasionibus non obstantibus: credimus, imo firmiter tenemus, iustitiam esse in manifesto pro prædictis Docto re & hęredibus. Et. n. fatemur, quòd si nõ succesistis hæreditario iure, ex hoc capite, nullatenus tenemini eo iure satisfacere aliquibus creditoribus, subsequẽter nec pro rebusẽ vide feudalibus tanquam possessor: tenemini hipotecaria, p iura supra primitus allegata. Cæterum pro terris & rebus tunc propriis, vel postea aquisitis, dicimus vos teneri, & eas obligatas fuisse & esse prædictis Docto. & hæredibus, quia non de-

+ mihi uri quòd magis clari potuit uenirent tueri dos doctoras op eo quòd legentes nigrauerãt dignitati Ducali qua sto motu, ut da Rege bald cons. 271 casus dubij n° 2 et seq lib. 1° de filio Regis obtrad cons. 99 n° 17 et 2 quod ex R. olor. cõs. Lag in princ et de imp doctores ide bald i cons. 271 n° 4

uenerũt nec comprehenſę ſunt in cauſam feudi, primo, quia pactum prædictũ, in prima ſua parte, ſolum continet obligationem perſonalem
+ de tenendo in feudo, quorum pacti & obligationis virtus † non fuit potẽs in vobis transfere aliquod dominiu, ſine traditione. l. traditionibus. c. de pac. l. ſeruum. C. de rei ven. item nec poſſeſſionem, quia ad hoc non tendebat, non. n. verba illa, quòd ſine, vel teneant de feudo, ſignificant aliquam trãslationem poſſeſſionis, ſed ſolum ſignificant promiſſionem de tenẽdo in feudo † quæ promiſſio de tenendo in feudũ, nõ facit feudum, ſed obligat ad feudum cõſtitutum
10 †Sicut promiſſio de mutuando, non facit mutuum. l. qui pecuniam. ff. ſi cer. pet. facit. l. feudi. ff. de aquirẽ. poſſ. Et quamuis directa videãtur, ſicut illa res ſic in epta, ſed illud ſpeciale, vt not. in dicta. l. tradictionibus. & . l. ſi quis licet. ff. de rei ven. Rurſus nec ſecũda pars pacti, in qua videtur conſentire, ſe tenere in feudo, aliquã poſſeſſionem transfert, † quia verba ſunt enuntiati
11 ua, non diſpoſitiua. Sic volunt Illuſtres Doctores, Pet. Cin. Bart. & Bald. & cõmunis ſententia in dicta. l. cum flam. damnantes glo. p̃dictas ſed in dominio. glo. etiam concordat. p. l. ſi quis, in §. diffarentia. ff. de aquiren. po. Vnde poſito contra ſententiam Doct. quòd poſſeſſio huiuſmodi pacto ſeu confeſſione, transferrẽt tamen dominium plenum, & ſecundum glo. remanſit penes præfatos dominos, ſic promittentes, & confitentes, quòd potuit obligari & pignori conſtitui per rei ſuc. emptio. conductio. in emphiteoſim acceptio. &c. non valet etiam a ſciente facta. l. ſuę rei. ff. de contrahen. emptio. l. quia rem. ff. depo. l. neque pignoris. ff. de regu. iur. cũ mul-
12 tis ſi. † Eodem modo poteſt quis in feudum recognoſcere re ſuam propriam, quam poſſidet multo minus futuram, a paritate rationis †Ha-
13 bent enim multas ſimilitudines, locatio, conductio, emptio. emphiteoſis, & feudum. l. ii. ff. lo. l. i. C. de iur. emphi. inſti. de lo. & conductio. §. adeo, de vſu feu. ti. de inue. cle. de re. aliena fa-
14 cta. c. i. in prin. &. §. i. † Ea quippe eſt feudi natura, imo ſubſtantia, vt dns infeudans & inueſtiens, debeat trãsferre in vaſſallum, vtile, dominium, & naturalẽ poſſeſſionem, vt dicto. §. i. &. c. i. de contro. inter: vaſa. & alium, & plenè per glo. in c. i. de cap. Corradi, de cõtro. inue. c. i. circa principiũ. Si ergo res ſunt in dominio pleno, & poſſeſſione ipſius vaſſalli, qũo, quod ſuũ eſt amplius ſuum fieri poteſt. l. iii. §. ex p̃ſentibus. ff. de aquirend. po. l. & an eandem. §. actio. &. ff. de execut. rei iudi. cum ſi. Dicet quis imo, quia vaſſallus in recognoſcendo res proprias i feudum ab alio, fingitur ſuo miniſterio transferre in dominũ, poſſeſſionẽ & dominium, & poſtea illud vtile re trãsferre celeritate &c. vt. l. iii. §. fi. ff. de do. inter vi. & vxo. & ar. in l. fi. de præto. ſtip. Reſpondent omnes, Doc. & præceptores noſtri, in dicta. l. i rem aliquam, &. C. eo. titu. l. qui rem, & . l. ad pro-
15 bati. & nõ: in l. ei a quo. ff. de vſucap. †Quòd duæ fictiones, non poſſunt ſimul concurrere. l. i. C. de d. promiſſ. adeſſet enim titulus fictus, & tranſlatio ficta, ſed ſi verus titulus habilis ad translationẽ dominii, præcederet tũc translatio ficta & talis recognitio poſſet locũ hẽre, & ita loqtur l. an eadẽ mulier, & alię ſimiles ĩ cõtrarium allegatę, & hoc quando verba eſſent, ad hoc apta, Sed & ſi ĩ caſu noſtro titulus verus p̃ceſſiſſet, tamen verba ad translationem apta non fuere, vt ſupra deductum, eſt vnde concluditur, quòd per pactum ſupraſcriptum & confeſſionem ſubiectum, non potuit cõtractus feudi, in eſſe produci, nec aliqua præſertim translatio fieri, de bonis propriis præfati domini Principis vel alterius, qui tale prætium fecerit, que tunc habebat & poſſidebat, multo fortius de futuris non valuit. Sin autem præfatus dominus Princeps Ludoui. tale prætium & confeſſionem non fecit, ſed facta fuere, p̃ anteceſſores ſuos; quibus ipſe ſucceſſit in feudo, tamen nũc etiam alia ratione clariſſimum eſt: quòd ipſe ad obſeruantiam huiuſmodi prætii nõ tenet, nec obligatur, nec bona ipſius domini Principis Ludoui. aliqualiter venirent in diſpoſitione talis contractus, vt dicto c. i. an agna. vel fi. Imo fortius affirmamus, quòd etiam iſto caſu, ſi prætatus quondã dominus Ludoui. ſucceſſiſſet etiã in hæreditate, præfatis ſucceſſoribus ſuis, qui tale prętiũ feciſſent: non tamen teneretur ad eius obſeruantiã, niſi pro bonis duntaxat illius, qui prætium feciſſet, non autem pro ſuis: etiam poſito, quòd valuiſ-
16 ſet prætium, † Quia cum quis bona omnia obligat, etiam futura veniunt. l. fin. C. quæ pigno. oblig. po. non tamen veniunt ea quæ ſunt hæredis, vel per ipſum poſtea quæſita. l. Paulus. ff. de pigno. Nemo enim dicet vẽdentem bona, etiã futura, aut donantem, aut in feudum recognoſcentem, intelligere de bonis hęredis ſui, vt etiã patet ad ſenſum, ideo vlteriori non indiget declaratione.

Tandẽ non potuit ipſis nocere, q̃ populos dimiſſeritis in ſua libertate, vt ſe darent cui vel-
17 lent &c. † quia ius pignoris, eſt ſcriptum in rem & ſequitur quẽcunq; poſſeſſorẽ in. l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de pigno. &. l. ſi cum venditor. ff. de euic. inſtent. de actio. §. item ſeruiana, quo fit vt etiam, ſi dicti populi, pro ſe retinuiſſent, vel in aliũ tranſtuliſſent nihilominus ius pignoris duraret, nõ enim per tales modos reſoluitur ius pignoris nec mutat, in ti. quibus modis pignus, vel hipoteca ſol. Et hæc p̃cedũt ĩ dubitatè, ſiue in hiis bonis non feudalibus, in q-bus præfatus dominus Princeps habebat dominium plenum, ſiue in hiis in quibus iura aliqua, ſibi cõpetebãt, vt puta iuriſdictio plena vel etiã ſimplex aut honores vel ius pedagiandi, ex quibus iuribus, aliqd̃ cõmodũ vel emolumẽtũ percipiebat puta bãna. cõdẽnationis. mulctas, collectas, vel quosuis alios fructus. † Nã hii dñr eſſe
18 fructus

fructus iurisdictionis meri & mixti Imperii.ar. eorum,quæ dicit, Inno.in c. consultationibus, extra de iure patro. in c.ii.de integra.resti.qđ etiam probatur,in l.venationis.ff.de vsu.&.ff.de vsuf.l.item si.§.aucupationes &.l.vsufructuariã, quæ quidem iura.omnia,cum eorum emolumẽtis pignori obligari possunt,sicut & alia iura rebus ipsis coherentia.l.si is qui.§.penult.& si.cũ l.sequen.ff.de pigno.vbi etiam,Bart.expresse de iurisdictione, & iure pedagiandi tenet,Excipiũtur seruitutes vrbanorum prædiorum,ratione euidenti ibidem posita,quæ cessat in casu vestro & p̃dicti Doctores habẽt spãliter etiã obligatas oẽs obuentiones vltra generalem obligationẽ, quæ tamen sufficeretur, nec dici potest iurisdictiones:aut iura prædicta, quæ pra factus quondã Princeps habebat extincta fuisse,eius morte, & per consequens ius pignoris resolutum.

19 † Nã iura ipsa,non sunt adeo psonalia, vt morte extinguantur,imo coherent territorio, secũdum cũmunem præceptorum nostrorum sentẽtiã.l.si. C.vbi & ap.quos.l.i.de iurisdictio. omni.iudi.per Guil.& Alber.& Bar.pro quo ẽt allegatur.l.pupillus.§.territoriũ.ff.de verbo.signi.l.i.§.cum vrbẽ.ff.de offi.præfe.vrbis, imo & si vt voluit Bar. iurisdictio. actione in persona resideat,& in re,seu territorio terminetur, tamen mortua psona,non expirat iurisdictio,imo erit

20 vachans,in re,† Quẽadmodum de dominio dicitur,cui ipsemet,Bart.iurisdictionem equiparat,vnde sicut ipsum dominium,morte domini durat vachans, quãuis viuente persona, personæ cohereat.l.si quis videtur.§.differentia.ff.de aquirẽ.po.sic erit ĩ iurisdictiõe, & est hodie ĩdubitatissimum,quòd non expiret morte, secundum vniuersalem consuetudinem, etiam si habeat dignitatem anexam, quæ consuetudo probatur per text positum, in lib.feu.de alie feu.c.i.§.fi.Si enim morte expiraret,non transiret ad hæredes,vt in vsufructu dicimus.

Ex hiis itaq;,Princeps clementissimus, concludimns præfatos Doctores,& hæredes, iustitiã fouere,& æquitatem summã,pro ipsis facere,vt ipsis satisffiat,non solum, de mobilibus bonis relictis,per p̃fatũ dominũ Principẽ quondã,sed etiam de immobilibus propriis, quæ habebat & aquisiuerat,quouis modo,& quæ secundum præmissa in causam feudi,non veniunt, hanc ẽt satisfactionem,deposcit honor, & desiderat salus animę tanti Principis, vestra quoq; pietas, aliud nisi bonum & æquum, non quærit, quam Altissimus longeuè fœlicitare dignetur.

SVMMARIVM.

An clericus excõmunicatus captus p̃ iudicẽ secularem in habitu laicali debeat remitti ad eccle siasticum.

1 *Clericus excõmunicatus captus per iudicem secula rẽ,in habitu laicali,an remitti debeat ad eccleſiasticum?*

2 *Clericus coniungatus an in eius poteſtate ſit,habitũ portare & renuntiare, vel non?*

3 *Si depoſitione amittimus priuilegium: an per eius reaſſumptionem: idem eamittamus.*

4 *Iuſtè pœnitendis non debet tolli licentia.*

5 *Quod quis ſuo facto percidit: an contrario facto recuperet?*

6 *Quaſi poſſeſſio clericatus ad remiſſionẽ an ſufficiat?*

7 *Petitorium quãdo ex quaſi poſſeſſione præſumatur?*

8 *Clericus cõiungatus non deferens habitum:an gaudeat priuilegio?*

9 *Vnica emiſſio nõ priuat quaſi poſſeſſione clericatus, ſed longa perſeuerantia,*

10 *Confeſſio facta coram iudici non competenti, an noceat?*

11 *Confeſſio erronea reuocari poteſt*

CONSILIVM. V.

IN CHRISTI Nomine Amen. Titius Murum diocesis, captus pro delicto, a seculari Potestate, iussus suas facere defensiones, in termino asignato, q̃re nõ qõnibus subiici, ex iudiciis sufficiẽter debeat,probat se clericũ, in minoribus constitutum,cum Virgine sola coniugatum incedẽtem inhabitu die præcedenti capturam, licet nõ in captura,& proinde petit se remitti ad ecclesiasticũ iudicẽ,obiicit & probatur ipsum longo tempore ante in habitu laicali incendere,& confessum se nõ clericum coram iudice seculari,nec habitum portasse,confessum coram iudice vt supra consensisse morti alterius clerici, & canonici,sed sibi remissum, vt plenum in casu habetur.

1 Quæritur,an Titius debeat remitti ad iudicem eccleſiasticum. Pro parte negatiua,contra Titium,quòd non debeat remitti,faciut plura,primo coniungatio, ex quo videtur habuisse animum adhærendi vxori perpetuo,& renuntiasse saltem tacite priuilegio clericali, vt.c.Ioãnes, de cleric. coniungat. & quod ibi nota. Secundo facit contra ipsum Titium,quòd non incedebat in omnibus in habitu clericaricali,& clericus coniungatus,nõ portans habitum clericalem,non gaudet illis duobus priuilegiis,sibi reseruatis.c.i.extra.de apostata.in text.& glo. §. Tertio quia dicitur se ĩmiscuisse sceleribus & enormitati,& per consequens predidisse priuilegium clericale,de sent.excom.c.cum nõ ab homine.§.fin.c.contingit.§.interdum. Quarto quia confitẽdo se, non portasse habitum, etiã si portasset,videtur renuntiare priuilegio, quia enuntiatiua, inducunt iuris proprii abdicatiõnẽ.l.tale præciũ.ff. de pact. nec videtur obstare c.si diligenti de foro competẽti, quia loquitur in eo,qui non potest renuntiare, si bene vellet

in præ-

in præiuditium clericalis ordinis vt est quãdo
remanet semp in numero † sed coniũ gatus po
test renũtiare,& est in potestate sua portare ha
bitum vel non,& sic renuntiare vel non, vt d.c.
Ioannes, postquã enim concesit matrimoniũ
carnale ecclesia parum curat de eo, imo benefi
cia perdit & alia priuilegia,vt d.c.Ioã.

Sed tamen hiis non obstantibus, videtur di-
cendũ,& verius cõcludendũ pro titio,quòd de
beat remitti ad iudicem ecclesiasticum, Primo
quia etiam si dimisisset habitum, ipsum postea
reassumit,vt probatum est,quòd die præceden-
ti quo captus fuit,deferebat habitum, & sic de-
bet reassumere priuilegiũ, pro quo faciunt di-
cta Ioan. And.in d.c.Ioan.in.iiii.q.facit ratio,
3 † quia si depositio est causa faciens cessare pri-
uilegium, ergo reassumptio debet tollere cessa
tionem,quia cessante causa, vt.l generaliter.C.
de epi.& cle.& contrariorum contrarii sunt ef-
4 fectus† Item quia non debet tolli licentia iustè
pœnitẽdis.l.si quis libellos.C.de app.ii.q.vi.c.si
qs libellos. Itẽ decretalis vult ipsum gaudere si
5 deferat, sed nũc defert ergo &c. † vt qđ suo fa-
cto pdidit,cõtrario facto recuperet,arg.i c.qui
sæpe de elect.li.vi.nõ ob.c.ex parte.clem.iii.de
priuileg.& excessit: prælat. quia ibi reassumit
habitum post deprehẽsionem seu capturam in
foris factis,& sic præsumitur malitia. Secundo
principaliter probatur, per testes digniores,
quoniam sunt testes partis aduersę, quòd con-
sueuerat portare habitum clericalẽ,qui debent
prævalere.l.iii.ff.de testi.l.testium.C.de testi.
6 † Et sic erat in quasi posses: clericatus,qđ suffi-
cit ad remisionem,vt.c.iudex de senten.excõ.
7 lib.vi.nam ex hoc psumitur clericus, † quia in
hiis præparatoriis.ex quasi possessione prę sumi
tur petitoriũ, vt.l. nõ ignorat.C. q.ac.no.po.i
glo.Bald.& Bar.& quod notant Doct.in l.i.ff.fa
mil.erc.Tertio facit quia probauit i petitorio
videlicet se eẽ clericũ, ergo &c.vt d.c.si iudex.
Quarto posito sine præiuditio veritatis, quòd
habitum deposuisset,non debet priuari priuile
gio clericali,nisi trina monitio præcedat,extra
de sentẽ.excom.c.inaudientia. & c.contingit,
de vit.& hone.cle.c.fi.& licet hiis posset respon
deri,quòd loquimur in clerico nõ coniugato,
secus in coniugato,cui non fit ista monitio, cũ
non teneatur portare habitum & tonsuram,vt
c.Ioan.& videtur ꝓbari recte intelligenti,in di
cto.c.i.de cle.con.lib.vi.in fin.ibi in certis recte
intelligenti, tamen Inno. in c.i.de apost.tenet
8 † quòd clericus coniugatus,non deferens habi
tum,gaudeat priuilegio.c.si quis suadente,quo
usq; fuerit monitus,quia introductũ fuit in fa-
uorem ordinis, a simili ergo iduci potest idem
esse de presbytero,quòd non conueniatur,sub
iudice laico, quod etiam respicit fauorem to-
tius ordinis, vt c.si diligenti,de fo.compet.vbi
etiam Ioan. And. secundum Guliel. tenet, ꝙ
locum habet illud capitulũ, etiã i clerico coniũ
gato,idem tenet Specu.in tit.de competen.iu-
dic.adiici.§.i.versi.sed inquit pmissa, & quia pa-
rificãtur dicta duo priuilegia, vt dicto,c.i.ad.c.
Ioannes,aliqui respondent, quòd ibi erat biga
mus,quod est diuinare,vt dicit glo.in d.c.i.sed
melior responsio est quòd loquatur de aliis
priuilegiis, non respicientibus fauorem ordi-
nis sed priuatum,vt non soluere,collectas auge
re,& perangarias & similia, pro quo facit dictũ
capitulũ.i.versi.i certis.facit.c.ex pte de cle.cõ-
iuga.& dictum.c.fi.de vita & hone.cleric. Nõ
obstat quòd tpe captionis,titius nõ haberet to
9 suram † quia vnica omisio nõ priuat,quasi pos-
sess.clericatus sed est necessaria tãta pseuerãtia,
ꝙ publice extimetur laicus,vt d.c.si iudex & po
sito,ꝙ dictus Titius fuisset in dicta perseueran-
tia,cuius tñ contrarium ipse probauit, tñ non
præcedit dicta admonitio quæ fuit necessaria,
ad hoc vt priuaretur. Insuper non obstat quòd
fuerit confessus se non esse tonsuratũ,seu fuisse
& sic diu non portasse, &c.& ẽt de interfectio-
10 ne dicti canonici † quia istæ confessiones fa-
ctæ fuerunt coram iudice non competenti,vt
c.at si si clerici,de iudiciis. Item procedenti ex
arrupto.& qui sic procedere non poterat,ante-
quã cõstitisset. an Titius foret clericus vel nõ,
vt dicto.c.si iudex in fin. item posito,quòd fuis-
11 set iudex cõpetẽs † dictę cõfessiones fuerũt er-
roneæ,quod patet,quia probatũ fuit cõtrariũ,
ergo eas potest reuocare.l.ii.ibi per Barto.ff.de
confess.l.i.§.sed an vltra, & quod ibi not.ff.de
quæst.& c.fin.extra de confess. tandem posito,
quòd non fuissent, erroneæ,tamen non potuit
confiteri in præiudiciũ clericalis ordinis, vt su-
pra patet. Non obstat quod dicitur se immi-
schuisse enormitatibus,quia ex vno solo homi-
cidio nisi perseueret,non dicitur se immiscere,
vt dicto.c.contingit per Ioan. And. & Hosti.Et
sic concludo pro titio,quòd sit remittendus:ad
contraria prima patet responsio.

SVMMARIVM.

An traseunte matre pupillorũ, natorum post emã
cipationem patris,ad secunda vota: viuẽte auo
pupillorum,& paterno superstite: nullo petito
tutore,hæreditas perueniat ad eã, an ad patrẽ?

1 *Matre pupillorum natorum post emancipationem patris transeunte ad secunda vota: viuentibus auo & patruo pupillorum nullo petito tutore: mortuis auo,atq; pupillis,an hæreditas perueniat ad eam: vel ad patruum.*

2 *Prætor an tribuat benefitium abstinendi ab hæreditate?*

3 *Hæredes sui & necessarij, ad quos trãsmittant hæreditatem paternam non aditam.*

4 *Hæreditatem maternam nõ agnitam filius seu filia an æqualiter transmittat ad ascendentes, sicut & ad descendentes.*

Cõstitutio

5 *Constitutio teodoxiana L.i.C. de his qui ante aper. tab.confirmata est per Iustinianum in l.vnica.§. in nouissimo.C.de Cad.toll.*

6 *Argumentum de primo.ad vltimum est validum in iure*

7 *Tutela olim erat offitium virile tantum.*

8 *Matres saltim infra annũ liberis non petito tutore & ipsis impuberibus mortuis, an ab hæreditate excludantur,*

9 *Mater infra annum, potest hæreditatem non aditã nec agnitam, quandocumq; semper agnoscere.*

10 *Iudex an possit pupillo prouidere de alio tutore: matre in medio existente, cum si vellet, potest tutelam habere.*

11 *Mater hodie, si vult præfertur omnibus alijs tutoribus legitimis & datiuis,*

CONSILIVM. VI.

SVPPONITVR in facto fuisse in rerũ natura Antonium qui habebat duos eius filios, vnum emancipauit. Qui post emancipationẽ materiam cõtraxit ex quo duas filias suscepit, post quas mortuus est ipse emancipatus, viuo Antonio auo dictarum filiarum emancipati, & matre ipsarum filiarum, & alio filio Antonii sic emancipati. Mater transiuit ad secunda vota, non petito tutore filiabus suis pupillis, nec aliter illis dato, nec

1 decreto iudicis officio† Deinde moritur dominus Antonius auus filiarum, deinde moriuntur pupillæ De hæreditate pupillarum assertarum qstio vertitur, inter patruum & matrem pupillarũ, Apparente pro matre, ad se spectare & pertinere hæreditatem ab intestato. Pro patruo econtra, quia transiuit ad secunda vota, nõ petito tutore intra tempora a iura statuta, Ex aduerso pro matre, quia auus erat sibi tutor, & patruus post mortẽ aui legitimus, extra pro patruo, quia filię non erant in potestate aui quia ex emancipato, & quòd patruus non erat decreto constitutus nec confirmatus &c,

IESV CHRISTI Nomine Inuocato. Arguitur primitus pro matre, q̃ debeat ex persona pupillarũ suarum, habere hæreditatẽ & bona omnia, quæ fuere. q. patris ipsarum pupillarum, sui iuris effecti, per eius emancipationem, præsertim quoniam cõceptæ fuere, & natæ, post illam emancipationem reinciderunt in patriam potestatem illius patris sui, & non aui, merito fuerunt statim mortuo patre suæ hæredes, &

23 ibi † quòd si Imperator facit pacem, vel capitula cum subditis suis: ista capitula nō debent infringi etiam per successorem, nisi ex parte subditorum interuenisset dolus, uel fraus. & allegat vltra iura ibidem per Cyn. relata, glo. ordinariam, quæ directè loquitur de capitulis pacis constantiæ, vt in authentico de feu. ciui. §. nullā ergo &c. Quod & expressius ad capitulum nostrum scripsit. D. Signorolus. ff. de legi. l. princeps. firmiter asserens de contractu donationis Imperialis, quòd nec ipse, nec eius successor possunt ipsam reuocare. Notanter ergo loquitur Bar. & Bald. indistinctè in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. s. quòd restitutio in integrum aduersus delictum non tollit ius medio tempore alteri quęsitum: cum & id obtineat milies, & si quid appareat de voluntate principis in cōtrarium. Quibus ex omnibus liquet quòd nihil facere videtur, quòd illud rescriptum restitutionis in integrum finaliter habuerit decretum seu clausulam derogatoriam donationū. illa. n. allegtio cōcludit optimè: quotiés princeps rescribit ius ciuile, satis enim est tunc distinguere, vtrum rescribat simpliciter, an non obstante lege, quòd si rescribat contra ius naturale, non tantum curantur huiusmodi clausulæ, imo & vltra, videlicet an iusta ratione, vel non. Igitur inferri videtur quòd illi restitutioni prævaluit, & secunda donatio facta scoxato, præcipuè cum non fuerit liberalis, imo ob causam, & in recompensationem damnorum & expensarum, facto condam Iacobi lignazii per ipsum Iacobum sco-
24 xatum & fratres passorum. † quorum nomine tenebatur & fiscus, qui tunc erat loco hæredis quōdam Iacobi sæpedicti. vt. C. ad leg. Iul. de vi. publi. l. ii. &. ff. de fideiuss. l. inter eos. §. fin. de nouationibus. l. quotiens in fine, & quòd ibi notatur. vnde Andreas de hoc nō videtur habere iustam causam quærele: cum & sublata donatione videretur posse Iacobus dictus scroxatus vna cum fratribus, renuntiare ad illa eorum prime ua iura, eis vt præfertur pro eorum damnis & expensis cōpetentia, contra Andreā antedictū. Ex quo sibi facta fuit in integrū restitutio bonorum omnium, secūdum iura super hoc aperta, & vulgaria. satis enim obtinuit, & obtinere videtur Andreas ex restitutione in integrum facta in totum: quoniam consequitur reliqua bona paterna, quibus ex oībus patent argumenta facta pro & cōtra. Quid ergo dicemus? & profectò ista discrepatio est ad modum intricata. Si quis rectè ponderet argumenta hinc inde facta, verius tamen illud videtur, quòd ipsa secunda donatio persequentem in integrum restitutionem: non tollitur, & mouet præcæteris apparens defectus causæ ad dominium tollendum aliàs requisitæ: qui causæ defectus patet sola ipsarum literarum restitutionis in integrum pro
25 ductione facta, ab aduersa parte. † Cum eo ipso quòd tales literæ exhibētur a parte: videntur fateri tacitè omnia in eis contenta fuisse & esse vera. secundum Innoc. extra de censi. c. cum olim, quamuis ergo ad plus dixerimus ꝙ & in rescripto sit pro causa violēta præsumptio iuris & de iure, de eo tamen nemo dubitat, ꝙ in contrarium admittitur aduersarii confessio licet non alia probatio. vt. C. de dona. ante nupt. authentica sed iam necesse, & in corpore vnde sumitur cum glo. quæ & in corpore habetur. & per Azo. in summa illius tituli, & Cyn. in dicta authentica sed iam necesse vltīa: quæst. Seq-
26 tur apertè † quòd contra præsumptionem iuris & de iure, aduersarii confessio licet non probatio, quod inquit fore multū notabile, & post eum sequitur Bart. & Bald. illa ratione, quoniā ex confessione quæ nō potest retractari, oritur ius & ꝑsumptio iuris, & de iure, meritò vna prę

sumptio

ſumptio paris potentiæ deſtruit alteram cõtra riam: vt notatur in.l.penult.ff.de in integrum reſtit. & ideo vt ſubiicit glo. non reperiri alibi niſi in corpore illius authẽticæ.quòd dicit perpetuo tenendum menti,& ſic rectè poteſt ſalua ri opinio Butri.qui in d.l.prę ſcriptione tenuit, quòd ſi in reſcripto princeps exprimit beneqdem:ideſt quòd illud creditur ſolum fuiſſe principis motiuum, plus tamen placet alia opinio
27 cõmunis quæ habet † quòd pro reſcripto eſt ſola iuris præſumptio,quæ tollitur apparente cotrario,quo fit vt clarior fiat iſta diſceptatio p ipſo Iacobo dicto ſcoxato.Sed nec illud eſt om
28 mittendum.† cum diſputare de potentia principis, quodammodo inſtar habet quaſi ſacrilegii.tutior videtur & via melior,ne arguamus cõtra talia reſcripta, defectum aliquem ex parte principis importantia. imo & ſi quis dixerit ꝙ poteſt omnia.Nihilominus contra reſcriptum voluntatis ipſius principis defecturũ,licet non reſpectu bonorum apud cameram, ſeu fiſcum, tempore reſtitutionis factæ exiſtentium,in illis enim bonis iuſtiſſimum eſt:vt præferatur reſtitutio,ſed tantummodo quatenus reſcripſit cõtra tales donationes.Nam pulchrè,& eleganter inquit ipſemet princeps,quia plerũq; conſtringitur in verecunda petẽtium inhiactione, ideſt fraudulenta petitione,vt etiam non concedenda,rribuat,vult,mandat,† ne in reſcripto quidẽ
29 ſuo aduerſus foramã latæ legis loci aliquid relinquatur:niſi proprio motu & nullo deſiderante atq;,poſcẽte cõcedatur,vt pulchrè ad conteſtum ſcribitur.C.de petit.bonorum ſubla.lib.x.
30 Nec † illud vnquã præſumitur fore factum motu proprio,niſi hoc nominatim dicatur in reſcripto, vt vulgo legitur extra de præbend.c.ſi motu proprio ad finẽ lib.vi.& eod.ti.& lib.c.ii. ad finẽ.& de reſcript.c.cum aliquibus,eo.lib.cũ ſimi.Simile inquit princeps, mouendo omnes cuiuſcunq; maioris vel minoris adminiſtrationis vniuerſæ rei publicæ iudices,vt nullũ reſcriprum &c.vt d.l.fin.c.ſi contra ius vel vtili.publi. & de ſacro ſan.eccle.in.l.iubemus nullam nauẽ
31 ad finem † Habent enim omnia reſcripta præſertim contra ius naturale, ſeu gentium elicita clauſulam generalem derogatoriam,ne ſint valida,& ita valet,& mandat princeps pro regula. Vnde intrepidè princeps propter importunitatem petentium,vt quòd eos effugiat,talia faciliter concedit reſcripta. præſciens ſuo ex præambulo,mandato,& eius conſcientia,& voluntate, quòd talibus reſcriptis nulla probabitur audientia.

Cõcluſio ergo breuis,quòd & ſi noſter Illuſtriſſimus dominus,potuiſſet ſaltem noluiſſet,& cõſequenter ſecunda donatio, illi ſæpedictæ reſtitutioni prævalet. Laus Deo.

SVMMARIVM.

Habitatores alicuius loci ſpatio.x.xx.xxx.vel xl. annorum,habates ibi omnes facultates, vel maiorem partem:an admittantut ad onera & honores,cum de alia cõmunantia appellentur?

1 *Habitatores alicuius loci ſpatio.x.xx.xxx.vel xl. annorum,habentes ſuas omnes facultates,vel maiorem partem ibi, an admittantur ad onera, & honores,cum de alia cõmunantia appellentur.*
2 *Vbi lex eſt expreſſa : nulla venit dubitatio faciẽda.*
3 *Lapſus tanti temporis, cuius non extat memoria hominum in contrarium:loco conſtituti ſeu priuilegii habetur.& .in.nu.iiii.& xx.*
4 *Vetuſtas ſemper pro lege habetur: litium minuendarum cauſa.*
5 *Quod eſt vniuerſitatis:non eſt ſingulorum:*
6 *In conrelatiuis, vno dato,alterũ neceßariò ſequitur.*
7 *Cõmoda eis ſunt:quem ſequuntur incõmoda.*
8 *Vbi periculum,ibi collocatur & lucrum.*
9 *Qui vult vnum,velle videtur quod ad illud eſt conſequutiuum.*
10 *Si humanum ſit peccare:diabolicum eſt perſeuerare In omnibus rebus ſeruanda eſt æqualitas, ibidẽ*
11 *Filius ciuitatem ex qua eius pater naturalem originem duxit:non domicilium ſequitur.& ſic propriam originem mutare non poteſt.*
12 *Quis alibi continuè,& lõgo tempore, cum tota,vel maiori parte fortunarum ſuarum habitans : ibidem domicilium ſortitus videtur,etiam ſi cum patre ibi natus non fuerit.*
13 *Verbum habere:nõ tantum factum,ſed ius ſignificat*
14 *Differentia quæ nam ſit inter Principis reſcriptũ, & ſtatutum:remiſſiue.*
15 *Statutũ indiſcretum,& ſine iuſta cauſa an valeat?*
16 *Teſtator teſtando:habetur pro lege animata : dummodo eius diſpoſitio ſit legibus ſubmiſſa.*
17 *Teſtamenta quam vis habeant vim legis:eorum præcepta ſine cauſa non valent.*
18 *Statuta ambitioſa:& auaritiæ gratia condita:ſunt prorſus inualida.*
19 *Superior corrigere videtur tacitè ſtatutum, velut iniquum.*
20 *Statutum cõtinens in ſe contrarietatem an valeat?*
21 *Quod à maiori parte populi conſtituitur::inſtar totius populi habet.*

CONSILIVM. IX.

†



1 NIESV Chriſti nomine Amẽ. In facto proponitur, quòd communitas Caſalis duo habet in ſe membra, Puta antiquiſſimum membrum eorum,qui mediam tibus ſuis prędeceſſoribus ab antiquo appellati fuerunt & appellantur Caſalenſes.Aliud membrum dicitur cõmunantia Pantiſliani,quorũ prædeceſſores, quòd deſtructione loci Pantiſliani diſtantis a dicta terra Caſalis per duo milliaria:venerunt ad ſtandum & habitandum in dicta terra Caſalis. Reliquum ve-

† sing. Soc stat° seu cognat° de Alep ro Cons. 6. lib. 2° di. Dar valer ar. Sic dec. n. 2 q. Sic consulit castrio.

rò mẽbrum quod appellatur forenſiũ,& exiſtentes de illo membro,nuncupantur forenſes,quã quam ſint habitatores & domiciliarii dictæ terræ,ac ſubditi de eadem iuriſdictione, & eorum nonnulli ibidem cum ſuis patribus,& filiis nati: aliquorum verò patres ſunt orti alibi. licet & ipſi cum ſuis filiis nati ſint ibi. Primi verò Caſalenſes,& de cõmunantia Caſalis, in conſilio dictæ terræ, velut Antiquiores omnibus in dicta terra vſurpant in conſilio dictæ terræ, & aliis omnibus, in honorãtiis cõmunis medietatem, & amplius occupant & occupatas detinuerunt & detinent inſulas omnes,& alluuiones reliquas padi,quæ ſunt Prata & boſcha acquiſita diutius: & quæ dietim acquiruntur per dirupationem riparum, & poſſeſſionum aliorum ex flumine padi : diuidentes talia omnia inter ſeſe pro rata libræ quaſi annuatim. Pro quibus inſulis & alluuionibus non ſunt in aliquo extimati in ipſo cõmuni:nec aliqua pro iis ſuſtinẽt onera cum ipſo cõmuni quãuis aliqui eorum emerint de ipſorum Caſalenſium terris,cum eorum iuribus:(vt eſt moris)ĩ talibus venditionum inſtrumentis. Alii verò de dicta cõmunantia Pantiſliani ſimiliter occupant aliam medietatem in conſilio,& honorantiis prædictis: habentes inſuper & tenẽtes certam quãtitatem boſchi quæſitam non ex aliqua dirupatione, ſed vſque quo maiores ſui fuerant in dicto loco Pantiſliani,inter ſeſe(vt ſupra) illud diuidentes . Reliqui habitatores priuati tenentur vt ſupra, de prædictis honoratiis, inſuper pratis & boſchis,Vnde pro parte iſtorũ taliter inhabitantium,dicitur quòd cum ſint habitatores & habitauerint ſpatio annorum.x.xx.xxx.xl.& vltra, habentes ibidem omnes ſuas facultates, & maiorem partem:ſubſtinẽtes onera quæcũq; realia,perſonalia,atq; miſta in dicto cõmuni pro rata libræ extimi: exiſtentes extimati & alibrati,ibi velut ſubiecti,& de eadem iuriſdictione,debent videri effecti Caſalenſes:tam ratione dictæ habitationis illic antiquatæ , quã & ratione originis propriæ, & illa membra omnia ſimul nuncupari mærentur vnicus populus:& cõſequenter participare debent partem ſuã in conſilio,& in omnibus aliis honorantiis dictæ terrę. Dicentes quoq; cum poſſeſſiones quæ per dirupationem Padi acquiruntur: ita flumen illud Padi tollit ex poſſeſſionibus dictorum habitantium,applicando aliis:ſicut de aliis prædictæ cõmunantiæ;meritò ex quo ſentiunt onera:etiam aluuionum dicti fluminis ſentire debent, & cõmoda.illa præcipue contenta ratione,quoniam Prædicti caſalen.antiquitus ſuas poſſeſſiones habentes regiſtratas,pro quibus & eorum regiſtro percipiũt partem dictarum inſularum pro rata libræ extimi , vt ſupra. Et poſtmodum habitatores prædicti acquiſiuerunt de dictis poſſeſſionibus, cum omnibus iuribus ipſis & dictis poſſeſſionibus pertinentibus: & ipſis pertinebant pro rata extimi dictarũ poſſeſſionum Merito velut ſucedentes loco eorum iuſto titulo præſertim oneroſo,cogit ratio quòd & habitatores habere debeant & inſulas pro rata (vt ſupra)vigore iurũ eis acquiſitorum , virtute huiuſmodi emptionum idcirco mirũ eſt præcipue de hac parte quo priuati ita remaneant ſuo iure.

Hinc queritur,ne habitatores iſti debeant de iure tam ad conſilium, quã in aliis honorantiis, & inſulis prædictis , pro eorũ rata admitti,ſicut reliqui: Quod non videtur,primum vigore ſtatuti & legĩ municipalis terræ Caſalis: q̃ videtur exp̃ſſè illa oĩa dirimere,& palã ꝓhibere alienigenas vel forẽſes habitãtes vel ĩ poſterũ habitaturos ĩ terra Caſalis,ne poſsint ne ꝓmittant eſſe de numero ſapientum, ſeu præſidentium negotiis cõmunis.Nec exercere vel habere aliquod offitiũ:quod ſpectare debeat , vel aliqualiter cõcernere negotia dictæ terræ , vel cõmunis. &c.ſub pœna & banno librarum centum Papien.& in fine adiicitur clauſula:quòd intelligatur forenſis, & alienigena,dum modo non habeat partem in totum in cõmunitatibus Caſalis:ſicut antiquiores dictarum cõmunitatum:Illud autẽ eſt certum de iſtis habitatoribus : quòd non habent partem in totum in cõmunitatibus illis,& conſequenter ex illa clauſula finali cenſendi vidẽtur forenſes,& alienigenæ dictæ terræ.pro tanto(vt præfertur)non videntur debere illis honorãtiis
2 gaudere † Vbi ergo lex eſt expræſſa: nulla venit dubitatio facienda.vt vulgo legitur.C.de furt.l. ancillæ valent enim talia terrarum ſtatuta muni cipalia.ff.de iuſti.& iur.l.omnes populi plenarie & inſti.de iure natu.gen.& ciui.§.omnes vero populi & in.l.cũctos populos.C.de ſum.tri.& fi. cat.præſertim cum illa lex ſit per ſuperioré confirmata.Rurſum ipſos habitatores videtur pro-
3 tinus excludere † Lapſus tanti tẽporis cuius in contrarium non eſt mæmoria : qui ſolet haberi loco conſtituti ſeu priuilegii, vnde quodam modo creduntur: taliter quòd non admittitur probatio in contrarium habuiſſe ſuper hoc priuilegium a ſupræmo Principe Principum , vt ab Imperatore antiquitus cõceſſum.vt pulchrè ad propoſitum vulgo legimus in ſimili.ff.de aqua quotidi.& æſti.l.hoc iure.§.ductus aquæ & de
4 aqua plu.arcẽ.l.ii.in fi.† Vetuſtas enim ſemper pro lege habetur : litium ſilicet minuendarum cauſa.vt eo.ti.l.iii.in prin.& §.i.& extra dever. ſigni.ſuper quibuſdam.§.præterea.vbi lapſus illius temporis habet vim imperialis priuilegii, vel Regis.ſ.Romanorum ante coronam : quia alius inferior non poſſet ſecũdum Hoſtien.ibi Et probantur hec omnia,etiã.iii.q.vi.hoc.quippe.ix.q.iii.conqueſtus.& lx.quinta diſtinctione, mox antiquus.C.de teſta.l.teſtamenta cũ ſimi.

† Cæterum arguitur in aduerſum.Nam multis & in multis hoc ſolet euenire: vt & partibus cõmutatis, eadem res eſſe extimaretur:nam & legionem eandem haberi: inquit Alphenus iuriſconſultus,ex qua multi deceſsiſſent,quorum in

locum

locū alii ſubrogati eſſent: & ſubditi de populo, ad propoſitum noſtrum cenſeri & populum eūdem hoc tempore, qui ab hinc centum annis retro fuiſſet, cum & ſi ex illis nemo nunc viueret ſubiitiens aliud exemplū de naue, atq; aſſignat abſurdum quòd ſequeretur: ſi aliter diceretur. Sed ommitto quoniam non facit ad propoſitum noſtrum: vt hæc omnia ad conteſtum habē tur. ff. de iudi. l. proponebatur. iter omnes ergo de huiuſmodi Caſalenſi populo facienda videtur honorum, honorentiarum, & aliarum omnium cōmoditatum, diuiſio. cum vniformiter ex omnibus illis membris reſultet populus Caſalē ſis: vt. d. l. ꝓponebatur. &. ff. quòd cuiusq; vniuerſ.
5 l. ſicut. §. in decurionibus &. §. vltimo. † Et quòd eſt vniuerſitatis non eſt ſingulorum: imo cōmunitatis, inter eos æqualiter diuidendum. &. ff. de re diuiſ. l. in tantum. §. vniuerſitatis. & de in ius voc. l. ſed ſi hac lege. §. qui manumittitur. &. d. l. ſicut ad finem principii. cū. ſi. Optime & in hanc partem illa vulgaris regula naturæ: quòd cōmoda ſeu vtilitates, & lucra, velut onerum correlati
6 ua. † quoniam in correlatiuis vno dato, & alterū ſequitur neceſſario. quòd taliū cōmoditatum, & honorum, facienda eſt diuiſio pro rata onerum. quod & pro regula, iure Romano, eſt ſtatutum. vt. ff. de reg. iur. l. ſecundum naturam eſt. vbi ad
7 conteſtum legimus illud † ſecundum naturam. eſſe cōmoda cuiuſcūq; rei eum ſequi: quem ſequūtur incōmoda. & ibi licet multa ad inuenire exēpla ī glo. &. C. de furt. l. manifeſtisſimis. §. ſed
8 cum ī ſecūdam. l. legimus ad literam. † vbi enim periculum ibi colocetur & lucrum. & inſti. pro ſocio. §. illud legitur. illud expeditiſimum fore ſi in vna cauſa pars fuerit expræſſa, veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno. in altera verò ommiſſa in eo quoq; quòd prætermiſſum eſt eadem partem ſeruari quod & multis aliis legibus & exemplis facile foret probare: ſed foret inutile. Cum ergo tantum modo prima membra duo impoſuere onera tertio: videntur quoq; & cōmoda tacitè intuliſſe. atq; quòd honorantias illas ha-
9 beant: & alluuiones voluiſſe. † quia qui vult vnū, velle videtur quod ad illud eſt conſequutiuum. iuxta iura vulgaria. & ſi legem eorum nō ſeruauerint: cōtra id poeticum, videlicet patere legē quā tu ipſe tuleris. &. ff. quod quiſq; iuris. l. i. in prin. & vbiq; per totum. artandi ergo per ſuperiorem ſuum in futurum ad id obſeruandum: & non pati quòd in eorum pertinatia permaneāt,
10 & perſeueretur in perpetuū. † Quia & ſi humanum ſit peccare: diabolicum eſt perſeuerare. C. de hiis quib. vt indig. l. alia cum ſi. iuuat quoq; illud tertium membrum quòd ſuadet iuſtitia & æquitas, quòd in rebus omnibus ſeruetur æqualitas: nec habet rectus ſuperior differentiam inter perſonas: iuxta iura ſuper hoc vulgata.
11 Accedat inſuper ad hoc omnia † quòd filius ciuitatem. ex qua pater eius naturalem originem ducit ſequitur: non domicilium, ſcilicet patris, ff. ad muni. l. aſumptio. §. filius. &. l. libertus. §. patris. &. C. de muni. & origina. l. filios. ſic ergo vt inquit. glo. in d. §. filius, notandum quòd filius ſuam propriam originē ſequitur: quā nec mutare poteſt. vt d. l. aſumptio in prin. & etiam illā patris, quā nec mutare poteſt. (vt ibi patet expræſſe) quod accipitur. ideſt eam quā pater habuit ex ſe: non ſui patris origine. Alioqin vt ibi ſcribit. glo. oporteret nos quærere vbi natus fuerit Adam: puta agrum damaſenum. vt ibi plenariè in. glo. non ergo. refert de illo tertio membro fuerint ipſi cum filiis, & patres eorum nati in loco Caſalis, ſeu patres ſeu alibi, ipſi aūt cū
12 filiis in Caſali. † Præſertim cum eorum cōtinua habitatione ita lōgo tempore, cū tota ſeu ſaltē maiori. parte fortunarum ſuarum illic exiſtentium: etiam ſi cum patre nati forent alibi: reputarentur domiciliū ibidē ſortiti vt. ff. ad munici. l. placet &. l. ſequēti. vñ ſaltē velut domiciliarii, cēſendi ſunt ꝑs illius populi: & ad oīa veniūt vocādi, quia de eorū ꝑiuditio maxīo tractat. ſecundū iura vulgata. Auget quoq; ius eorū; vulgarinā fluminū. funguntur. n. flumina vice cēſitorū: quos appellamus cenſitores: quia ſignant prædia militantibus aſſignata. ff. de acquirē. re. do. l. in agris. vel eos qui prædia auferunt nō ſoluētibus tributa: & aliis dāt vt. C. ſi ꝓpter publicas pēſitationes. l. i. &. ii. &. ff. de reſcin. vend. l. penultima. vel cenſitores appellamus iudices qui vni auferunt, & alii dant dominium. vt inſti. de offi. iudi. §. fi. Quia ergo flumina funguntur vice cenſitorum: ex priuato in publicum adducunt, & ex publico in priuatum. aut ex vno priuato in alium. Et eſt huiuſmodi acquiſitio rerum, id eſt agrorum. magis quam perſonarū. ita ꝙ per ſonis non acquiritur directo, ſed in conſequentiā vt hec omnia ad cōteſtū deſcribit iureſcōſultus. ff. de aqr. rerum domi. l. ergo. §. alluuio. qua ergo fronte illi Caſalenſes detinuerunt illas inſulas & alluuiones, illis poſſeſſionibus habitatorum pertinentes. Non video præſertim cum vt præfertur, adſint inſtrumenta emptionum continentia ꝙ trasferuntur iura omnia illarum rerum: vnde in eos habitatores per eos titulos iuſtos & potentes, traſlata ſunt iura oīa ad illas alluuiones & inſulas, a Caſalēſibus petēdas: & tenebuntur ad reſtituendas, tam pro tēpore præterito, quam futuro. † Quid ergo dicemus in iſto facto? & quippe verius reor ꝙ dixi modo: ꝙq; ſuperior teneatur, & debeat omnes ſuos ſubditos illius ſuæ terræ Caſalis æqualiter pertracta re in omnibus ſuis honoribus, honorantiis, inſulis alluuionibus, & aliis cōmodis oībus: ſi qua ſunt. quod leue fuiſſet aliis quam pluribus rationibus comprobaſſe. Sed conſulentes frequentia quadam ducti, ex cauſa rationabili inſtarunt, quòd reliquę retiones & leges alię differerētur. cum plenius conſuleretur. Supereſt modo vt tollantur quæ primitus allegabantur. vnde primū reſpondetur ad ſtatutum oſtēdens præcæteris, quod

quod magis est pro parte istorum habitatorũ quam in oppositum. Illos enim voluit tantúmodo finaliter intelligi forenses & alienigenas, cũ modo non habeant partem in cõmunitatibus Casalis, sicut antiqores dictarũ comminãtium ex eo autẽ quod fuit supra plenariẽ allegatũ: liquet. ꝙ & tertium mẽbrum habet partem in totum illarum cõmunantium, sicut antiquiores eorum quantam aliter per vsurpationem fuerit obtentum. quod arguit magis eorundem debitum: cum velut malẽfidei possessiores teneantur ad restitutionem eorum. iuxta dispositionem iurium super hoc vulgatorũ. illud igitur tertiũ membrum noluit, statutum cõtineri appellatione forensium. ymo de aliis loquitur. puta habitãtibus vel habitaturis, ĩ posterũ. qui nec habẽt
13 jus ipsarum cõminantiarum forsitã propter tẽpus modicum aduentus eorum. † Verbũ enim habere ad finem statuti compræhensum, non tamen factum significat, sed ius. vnde satis est quòd tertium membruu habeat partem in totum in cõmunitatibus Casalis de iure. licet nõ obteneat de facto. vt. ff. de verborum oblig. l. stipulatio ista. §. hii qui. &. §. habere. Ille ergo solus dicitur nõ habere: qui nedum tenet, sed nec rei dñs est. Alterum autem sufficit ad habendum, vt illo. §. habere est expræssum. Rursum si aliũ quis dabit huius statuto ĩtellectũ: cogetur omnino dicere quòd fuit, & est inualidum. maxime secũ
14 dum Bald. qui in l. rescripta. q. ii. † facit differẽtiam inter Principis rescriptum, & statutum. tenens quòd in statuto populi non sufficit causa motiua: sed debet esse causa probabilis & condigna firmiter concludens, ꝙ alias non tenent talia statuta. & allegat. ff. qui &. a. qubus. l. si priuatus, quod & cõfirmat multis aliis ex legibus, cum Bar. & aliis modernis in. l. cunctos populos. de multis statutis quærentes an valeant? re-
15 spondentes quòd non. † Quotiens statutum est indiscretum & sine iusta causa. Simile videmus
16 in testatore. † Quia testando habetur pro lege animata: dummodo eius dispositio sit legibus submissa, vt in auth. de nupt. §. disponat. C. de testa. l. testandi causa, & de lega. i. nemo potest. & patet ad sensum, si quis rectẽ cõsiderat effectus
17 testamentorũm. † qui in plerisq; vim habent legum: & tamen non valent præcepta eorum sine causa. vt. ff. de lega. i. l. filiusfami. §. diui. & de leg. iii. l. pater. §. filius agrippa cum si. Nec ab re, requiritur i. l. iustitia causę, cũ illud fit de diffictione legis. & consequenter de eius substantia, nec aliàs mœretur nomen legis habere. vt. ff. de legi. l. ii. & in decretis distin. iiii. c. erit autem lex præsertim loquendo in nostra materia, vbi talia sta
18 tuta iniqua fecerunt † tantummodo per ambitionem, & auaritiam. illa prima duo mẽbra vnde velut ambitiosa sunt prorsus inualida. ff. de decre. ab ord. facien. l. ambitiosa. Nec nocet cõfirmatio dominica: quoniã non fuit simpliciter facta, imo optimo cum moderamine, & cum sufficienti sale. & secundum quid id est quatenus tamẽ sui honoris vel status diminationem non contineãt &c. quinimo confirmauit sibi reseruãdo & successoribus suis facultatem adhuc aliàs prouidendi, mutandi addẽdi, & corrigendi, quotiens, &c. & pro suæ voluntatis arbitrio. Vnde adhuc est supra talia statuta. Iustitia ergo mediãte suum est, talia immutare. Ita quòd ista tuentes proinde non habebunt iustam causam quærelæ licet. n. prima fronte videatur illud statutum generale: intentio tamen statuentium dirigebatur ad damnum & iniuriam illorũ in ha-
19 bitantium. quo est cõis opinio. † ꝙ superior illud corrigit velut iniquum. vt refert Bart. ff. de
20 appella. recipien. l. fi. & d. l. omnes populi † imo plus nominatim est illud statutum cõtra tertiũ membrum, ideo non valet. ff. de pollicita. l. totiens. §. fi. & ibi per Bart. & d. l. fi. quæ omnia sub breuiloquio dicta sufficiant de illo statuto. Cæterum de secundo minor est dubitatio. Nã si a principio non licuisset illis Casalensibus talia egisse sine constituto, seu sine imperiali priuilegio: tuc lapsus tẽporis tanti, haberetur pro constituto. & illo solo casu procedit in contrarium facta allegatio. At nemo est, qui nesciat ꝙ in facto nostro solis in Casalensibus cõstitebat totus populus: & consequenter iure cõi eorum dũtaxat fuerat legitima totius cummunitatis repræsentatio. cum duæ partes eorum adessent, vel amplius quã duæ: & eorum maior pars consentiebat in vnũ vt. ff. ꝙ cuiusq; vniuersi. l. nulli, &. l, sequẽti. ff. ad munici. l. quod maior. &. C. de decu. l. nominatio num, quod. n. a maiori par-
21 te salubriter fuerit constitutum † cũ duæ partes interfuerint: totius populi instar habebũt. vt ibi nulla ergo causa fuit nec est præsumendi alicuius constituti, nec priuilegii. imo iuxta aliud poeticum, ex bonis initiis omnia mala exẽpla orta sunt. Nec supponitur principium quo cępit illud tertium membrum censeri integralem partem populi: & sibi suam partem honorum, honorentiarum eis deberi, quod fuit principium vsurpationis Casalensium; ita ꝙ non potest dici eius principii mœmoriam non extare, & consequenter videri habendum loco constituti. quasi tunc aliter incepisset inlicitum fieri, pro tãto sunt grauiora quãto antiquiora: & cõsequenter a modo tollenda, vt dixi supra.

De primo ergo ad vltimũ pro illo tertio membro venit concludendum quòd debent habere suam partem tam honorentiarum quam aluionum.

SVMMARIVM.

An pactum nouum quòd primogenitus excludat alios, appositũ in renouatione inuestiturę, tã de volũtate domini, quã feudatarii, pręiudicet descẽdẽtibus, Et an feudatarius machinans cõtra dominũ ĩ vindictã mortis patris: cadat à feu

do

dò. Et præsuppositò quòd cadat: an feudũ reuertatur ad dominum, vel ad agnatos?

1 *Pactum quòd primogenitus excludat alios: appositum in renouatione inuestiturę: tam de voluntate domini, quam feudatarii, an præiudicet descendentibus?*

2 *Feudatarius machinatus contra dominum, in vindictã mortis patris, an cadat à feudo? Et præsuppositò quòd cadat, an feudum reuertatur ad dominum: vel ad agnatos?*

3 *Conuentio si contractui addatur super eo quod contrahentes possunt pacto inducere: an instrumento standum sit? ne alia vltra requiratur probatio?*

4 *Contractus recipiunt leges, insolitas formas, qualitates, atq; naturas, ex pacto quamuis insolito. &. in.nu.21.22.& 29.*

5 *Pacto in contractibus est altera eorum natura.*

6 *Pactum in instrumento dotali à patre appositum: ne filia taliter dotata, aliud ex patris hæreditate speret: an successionis ius mutet?*

7 *Priuatorum cautiones legum authoritate non censentur. &. in.nu.1 .*

8 *Legis proprium est: hæreditates deferre, & ad succedendum quosdã habiles: quosdam verò inhabiles reddere. & in.nu.10.*

9 *Pactũ iter prædecessores & posteros, de nõ succedẽdo, an reddat successores ad succedẽdũ inhabiles?*

10 *Filius feusilia patri succedens: noui nihil acquirit: sed dominium continuat, quum & patre viuo, sit dominus vel domina.*

11 *Impossibilium nulla est conuentio.*

12 *Impossibile est, aliquem esse debitorẽ & creditorẽ.*

13 *Vnius inclusio est alterius exclusio.*

14 *Princeps est lex viua & animata: suo pectoris scrinio, sic clamant omnia iura.*

15 *Ordinarius aduertens iuramentum interpositũ sup pacto inlicito: iurantem faciliter absoluit.*

16 *Stipulationes inuẽctæ sunt, vt quisq; acquirat quod sua interest.*

17 *Ius tam cõmune, quam consuetudinarium, est consentaneum cuilibet facto.*

18 *Pacta quæq; apposita vel inserta cõtra naturã & vsum feudi: an valeant? & in.nu.21.*

19 *Feudum ex pacto, nouas assumit qualitates, & nouam naturam.*

20 *Concessum in dubio quamuis præsumatur, vt consuetudo confirmat interprætandum: si tamẽ aliter actum constiterit, seruabitur.*

21 *Feudum à fidelitate, vel à fide dicitur.*

22 *Pacta adiecta in feudis: iuri contraria vt valeant?*

23 *Vassallus cum decrepitæ ætatis, sit simpliciter refutans feudum in manibus domini, ea lege & animo vt filios inuestiret, feudũ illud an nouũ dicatur: vel paternum remaneat?*

24 *Quum quis vult aliquid quod impossibile erit: nisi ante aliud egerit, tacitè creditur prius voluisse illud antecedens: quod posterius palam egit.*

25 *In ambiguo inter prętantur cõtractus, & quælibet dispositio taliter vt valeant: etiã si oporteat aliquid subintelligere: vel eorũ verba impropriare.*

26 *Feudum antiquum ex pacto expresso vel tacito: an nouum fiat: vel econtra?*

27 *Feudum auitum, & paternũ an alienabile sit improximiores agnatos: inrequisito domino?*

28 *Feudum acquisitum ex quocũq; ex superioribus cõmunis agnationis: an dicatur regulare antiquum, & paternum?*

29 *Inuestitura nouella illa sola dicitur qua feudum primo quæritur: illud q; feudum similiter nouum dicitur.*

30 *Vbi eadem est ratio: eadem similiter debet esse iuris dispositio.*

31 *Agnati in feudo nouo nullatenus succedunt sine pacto: immo feudũ illud nouũ reuertetur ad dominũ.*

32 *Expressum in genere an minus valeat: quam nominatim expressum in spetie?*

33 *Feudum paternum nõ dicitur vltra quartũ gradũ.*

34 *Falsa assueratio sola etiã scienter facta: vtrum dominium transferre possit?*

35 *Iura realia potest quis à se abdicare ad cõmodum absentis: simplici reuocatione.*

36 *Siquis acceperit feudum a domino pro se, & descendentibus suis: an intelligatur pro omnibus in infinitum?*

37 *Mors omnia soluit.*

38 *Bona damnatorum hodie, vt plurimum, deueniunt ad ascendentes, descendentes, & transuersales.*

39 *Damnatus vltimo supplitio seruus pœnę efficitur.*

40 *Vassallus feudatarius cõcedens feudũ tertio, titulo feudi: quamuis eo, mortuo finiatur, concedere videtur nisi ius tantum quod habet in feudo.*

41 *Agnati descendentes in quc differant ab agnatis transuersalibus.*

42 *Fater finem faciens fratri suo, de omnĩ quod ex paterna hæreditate consequi posset: an de feudo finẽ videatur feciße. & .in.nu.62. & .64.*

43 *Filius habet feudum domini beneficio: non hæreditario iure paterno, & etiã transuersales agnati.*

44 *Alteri per alterum fieri præiuditiũ minimè debet.*

45 *Vaßallus vltimus meliorem feudi conditionem facere potest: deteriorem minimè, absq; domini, vel agnatorũ ad quos spectat, voluntate, &, in.nu.51.*

46 *Contractus a principio sunt in arbitrio contrahentium: secus vero ex post facto.*

47 *Ex pacto quòd primogenitus excludat alioi: an nascatur obligatio?*

48 *Sufficit longum tempus ad præscribendum pignus.*

49 *Successor etiam vniuersalis: nũquam fungitur vice hæredis: nisi dũtaxat in his quæ habet a defuncto.*

50 *De se tantũmodo: non de alio oportet pormittere.*

51 *Quilibet an valeat dicere legem quã vult rei sue.*

52 *Pactum quòd feudum nouum fiat antiquum: an cõtineat alienum præiuditiumè*

53 *Patrimonium morientis uassalli quum est quasi totum feudalium bonorum: secundum consuetudinẽ feudorum, tunc æqualis est successio omnium filiorum. & .in.nu.63.*

54 *Quem non honoro: nullatenus grauare possum.*

55 *Pater moriens, potest alteri filio uniuersum allodiũ alteri*

alteri uerò feudum assignare:& valebit talis ordinatio.

56 *Communionis materia discordias excitare solet.*
Pietas paterni nominis consilium capit pro liberis ibidem.

57 *Par affectionis causa, suspitionis fraudem amouet.*

58 *Testator an possit grauare hæredes in alia re propria, aliter quam a testatore obueniente?*

59 *Vitium legis fusiæ caninæ hodie extirpatum.*

60 *In feudis tanta est cõnexio: quòd vnum ab alio non separatur.*

61 *Defuncti ordinatio in hoc solo valet in feudo: quòd in eo succedentem grauare potest: si eum hæredem instituit: vel si ad minus eum in tanto honorauit.*

62 *In generali fine & refutatione omnium bonorum facta: an cõprehendantur bona feudalia: si de illis spetialis mentio facta non fuerit. & in.nu.64.*

63 *Supremus Principum Princeps, est Imperator.*

64 *Filij naturales per Imperatorem, ad feudi successionem legitimantur.*

65 *Error iuris seu facti, crassus & supinus, an noceat, vel errantem excusset?*

66 *Confitens an alio non probato: possit contravenire?*

67 *Quis ignorans, an dicatur amittere ius sibi competens*

68 *Error iuris qualiter probetur: remissiue.*

69 *In malefitijs an expectare debeamus voluntatem vel exitum?*

70 *In homicidio quando sufficiat conatus, velut crimẽ atrocius: & quòd non sequatur effectus.*

71 *In crimine læsæ maiestatis eadem sæueritate voluntatem puniri: qua & effectus, iura mandant.*

CONSILIVM. X.

IN CHRISTI Nomine Amen. In facto proponitur. Quòd commune, seu Dux, & defensor populi Ianuæ, cõsilium quindecim sapientum Antianorum Ciuitatis Ianuę repsentantes totaliter ipsum cõmune: dederunt in feudũ nobile, & gẽtile, & paternum, auitũ, & protinus, antiquum olim domino Thomæ ex Marchionibus Malalaspinæ, nonulla castra & bona stipulanti & recipienti illa feuda pro se, descendentibus q; suis maschulis & fœminis, suis hæredibus & successoribus quibus cunq;, & in optima forma, vsq; de anno. Mcccxl. quodquidem feudnm renouauerunt post modũ anno Dñi videlicet. Mcccxlvii. prætati tunc domini Dux Ianuę defensorq; populi, & consilium quindecim sapientum Antianorum Ciuitatis p̃dictæ Ianuæ eidem quõdam domino. T. recipiẽti p oĩa, vt supra, dicta castra & bona: & informa de qua supra. vt hæc omnia patent per publica documenta. At postea mortuo dicto domino. T. superstite tunc dño Isnardo eius filio & per consequens etiam ex ipsis Marchionibus Malaspinæ, in quem solum finaliter descẽdit totum illud feudum, ob mortem seu religionem quam professi fuerunt nonnulli aliorum descendentium dicti domini. T. & reliqui mortui. Etiam illo tunc, Dux Ianuæ & populi defensor, ac consilium quindecim sapientũ Antianorum dictæ Ciuitatis, renouauerunt in ipsum dominum Isnardum, tam de anno. Mccclxxxi. quam de anno Mccclxxxiii. semper cum nouo pacto, quòd non fuerat insertum aliis antiquis inuestituris: videlicet quòd primogenitus excluderet alios. Deide anno. Mccclxxxvii. Idem dominus. Is. ad mortem deueniens superstitibus Thoma, & Ioanne, olim natis suis: quodam suo in testamento, dictum Thomã velut primogenitum, instituit hæredem vniuersalẽ ẽt in ipsis feudis: quasi in totum. ipso Ioanne secundogenito hærede Inslituto in certis rebus, & duobus castris dumtaxat nõ ex illis feudis: imo aliunde quæsitis pro quibus tamen castris voluit quòd esset subditus & vassallus Thomæ eius primo geniti. Paciscendo & iubendo eũ esse cõtentum illis dumtaxat rebus. Qui Ioannes anno domini. Mccccxii. simul & Thomas antedictus, pro se & eorum heredibus fecerunt ad inuicem finem refutationem, transactionem, & pactum de vlterius non petendo. videlicet dictus Thomas infrascripto Ioanni, de omni toto eo, quòd ipse Ioannes habuit, & percepit de bonis Thomæ: & tam mobilibus, quam immobilibus, videlicet de bonis dictorum castrorum ibidem tunc expręssatorum, & etiam de armis denariis &c. Et econuerso dictus Ioãnes antedicto Thomæ &c. Renuntiãdo &c. Amplius postmodum passus fuit dictus Ioannes se constitui procuratorem ab infrascripto Isnardo filio dicti. q. Thomæ specialiter & expræssè ad faciendum fidelitatem de illis omnibus castris feudalibus: & de feudo etiam ipsius Ioannis. Illustri. & magnifico Domino. d. Marchioni Montisferrati in solidum. iuxta illius mãdatum: Ioannes Postea cõstitutus ipsius domini Marchionis in præsentia procuratorio nomine, præfatus Isnardus fecit in manibus ipsius dominus Marchionis fidelitatẽ de qua supra. tandem mortuo dicto Thoma: superstite dicto Ioanne, vnã cum tribus filiis antedicti Thomæ. Isnardus primogenitus suprascripti Thomę aut alius pro eo puta Ioannes suprascriptus, & vt præfertur, ad hoc procurator suus, recognouit in feudum dicta omnia castra quæ tenebat Thomas pater eius ab illustri & excelso Domino. d. Marchione Mõtisferrati. cui feudo finaliter consensit Dux Ianuæ cõsilium, & quindecim Antiani Ciuitatis prædictæ. & cõsequẽter liberauit, Isnardus ille ipsum cõmune quatenus sibi tenerẽtur ipsarum feudationum antiquarum nomine. vnde prælibatus illustris dominus Marchio prætendens illum Isnardum cogitasse de occidendo fratre eiusdem Ducis Ianuæ, cum ordinasset venire visitatum præfatum dominum Marchiorem: & si ille non fuerit effectum cogitatum fortitus, qoniam ipse non

venit:asserens ob id.Isnardū feudis infrascriptis priuatum.suas ad manus apprǽhendidit omnia illa castra.valut proinde in eum deuoluta.

p. Lubin'

Hinc primum quæritur, vtrum pactum illud q̄
1 † primogenitus alios excludat: appositum in instrumentis ipsarum infrascriptarum renouationum de voluntate tā Ducis & Antianorum: quā ipsius nunc.q.domini.T.fuerit validum in ipsius Ioannis, & post, aliorum filiorum dicti quōdam Thomæ iuuenis fauorem? An verò fuerit ipso iure inualidum: quo fieret, vt illa feudā omnia per Thomā, dicto Ioanni vsurpata, illo pacto non obstante, pertinerent dicto Ioanni pro dimidia: & postmodū altera dimidia dicti Thomæ descendisset in eius liberos pro rata? quo vltima infeudatio facta.a p̄libato.Illustri. domino Marchione, prædicto Isnardo iuueni non valuisset, nisi pro sua tertia parte.

2 Lubin'

Deniq; quæritur, ne dictus Isnardus iure dicti
2 valeat † à feudo suo cecidisse illa ex machinatione dicti futuri homicidii: in vindictā mortis patris sui, vt dicit machinati? & supposito absq; veri præiuditio.quòd cecidisset à feudo vtrum reuerteretur ad dominum.an ad agnatos?

Reuertor.ad primum,& videtur prima fronte dicendum de illo pacto.quòd fuerit validū, quotiens. enim conuentio aliqua. additur contra-
3 ctui super eo, quod † contrahentes possunt inducere pactū: standum est instrumēto, nec vltra quæritur alia probatio.C.de contrahe.& cōmit.stipula.optimā.& in auth.vt liceat matri &
4 auiæ in prin.† Nam legem recipit contractus ex pacto, quāuis insolito.& non de natura aliàs insita per legem in contractu illo, & tantum potest huiusmodi pactum: quòd efficit illud fore de natura illius cōtractus, quod aliàs non erat.
5 † Vnde pactio in contractibus est altera eorum natura.ff.de reg.iur.l.contractus.&.ff.de pac.l. in emptionibus.&.l.iuris gentium.§.quin imo &.§.adeo.si cert.pet.l.lecta.de contrah.empti. l.pacta depositi.§.si conuenit cum infinitis.si. ergo aliis exclusis omnibus, videtur primogenitus tali ex pacto admittendus: argumentum tamen contra hanc partem videtur fortissimū: & quòd imo succedant omnes pariter non obstante pacto, quoniam & in simili constat, quòd & si pactum dotali instrumento fuerit.a.patre comprǽhensum, nec filia taliter dotata aliud ex
6 hęreditate patris speraret. † imo alter frater, forsitā quia masculus aut primogenitus, ea exclusa, in totum succederet: eam scripturam ius successionis non mutasse.vt.ff de suis & legit.l. vltima.&.C.de pac.l.pactum de inuti.stipula.ex eo de ioffi.testa.l.si quādo.§.illud.C. de colla.l.
7 pactum.& quòd ibi notatur. Nec ab re † priuatorum enim cautiones, legum authoritate non censentur.inquit.tex.recte ītuenti pulcherimè in d.l.si.quasi dicat hęreditates deferuntur successoribus a lege dūtaxat, non ab homine.illud
8 enim est † legis proprium hereditatis deferre: & ad succedēdum quosdam habiles, & aliquos inhabiles reddere.ff. de verborum signi. l.lege obuenire cum si.pacta ergo facta inter prædecessores & posteros alias succedere debētes: de
9 non succedendo, † non reddunt ipsos successores ad succedendum inhabiles imo lege cohoperā te inuitis dentibus pacisscentium succedunt.& hęres est filia patris sui: præsertim existens in potestate, quia enim vinculo potestatis patriæ, iuris ciuilis artifitio, quodam modo iuris intellectu vnica censetur persona. Cum dominia, & alia quæcūq; iura sint domini tota in toto & in
10 in qualibet eius parte. infertur necessario † q̄ & ipsa filia vsq; viuo patre erat domina: quo patre mortuo illa continuat, nec ipsi vlla contingit acquisitio noua, seu successio, nec hæreditas aliqua, vt vulgo legitur.ff.de lib.& posthu.l.in suis. & si quis omis. causa testa.l.i.§.qui sunt in potestate & insti.de hære.qua.& differt.§.sui.ff. de suis & legi.l.in suis cū si.Ridiculū ergo foret dicere, quòd simplici pacto impediretur in filia illa suorum bonorum continuatio: & consequēter quominus si pater ipsa præterita alium insti tueret hæredem.testamentū illud non foret nul lum: & ipsa patre mortuo statim sibi foret hæres sua ab intestato & necessaria. Nam propriū solius legis est talia efficere: & non conuentionis priuatæ, quæ non censetur, idest nō obtinet auctoritatem legum. continet ergo istud talia quorum nullatenus habet cōmertium: mæritò ob id glo.pulcherimè inquit in dicta.l.fi.quòd est inlicitum huiusmodi pactum in contractu dotis insertum, veluti super re cuius nullatenus habet cōmertium. Pro tanto legem nouam nō dant talia contractibus pacta: secus si continerent aliquid dari, vel fieri, aut non fieri, & similia in eorum commertio existentia. tunc.n. contractus nouā legem seu naturam recipient per talia pacta velut licita. vt inquit glo.in d.l.vltima allegans illam vulgarem.l.& in.§.si conuenit.ff. depositi. quo fit vt illo ex tex.cum.glo.sic declarata. liceat nouā elicere speciem conuentionis inlicitæ: puta quotiens continet quod est proprium in lege, non ens in cōmertio conuentionis priuatæ. Nā & tunc est inlicita velut continens impossibile de iure (& illa est melior ratio) qua motas credi debet fuisse leges ciuiles, contra talia pacta simpliciter facta de nō succedendo, quā sint aliæ in cōmentis Doctorum magistraliter assignatæ. veluti continentes omnino eis impossibile. Nam nemo, est qui nesciat:
11 † quòd impossibilium nulla est conuentio, cū & si pertinaciter diceretur, quòd illa conuētio de non succedendo, saltem obligat filiam patre mortuo, ad non petendum hæreditatem: quasi promittendo de non succedendo. interpretet promitere, puta si successerit de nō petēdo. Ad hue secundum illam interpretationem, nō posset cōmitti illum in aduentum, illa obligatio:
12 cum ex quo illamet foret hæres patris. † esset

eadēmet

eadēmet debitrix & creditrix.quòd adhuc eſt impoſsibile. Amplius cum paciſcentes exiſtimarent illud prętium valere & conſequenter filiam ipſo iure.a.ſuccedendo ſtatim repellere. ridiculum eſt dicere ipſos paciſcentes illud egiſſe ꝙ ſi ſuccederet,de non petendo hęreditatē promitteret &c.argumentum optimū rectè ad propoſitū.ff.de acquir.poſſeſ.ꝙ meo.§.i.quōcunq; igitur pactum illud continet impoſsibile:quæ omnia videt prima fronte ꝙ ſi Bonifatius octauus cognouiſſet forſitam omiſiſſet illud capitulum. extra.de pac.c.ii.lib.vi.quia non mæmini quòd pactum quāuis iuramento firmatū poſsit.quæ ſunt propriæ legis tātum),& non in cōmertio pactorum,& conſequenter ꝙ ſit confirmatorium impoſsibilium de iure.Pluſquā.n. ridiculum eſt aſſerere quòd talia pacta licet iuraméto ſint firmata,valeant illud iuris ciuilis artificiū tollere. quo propter patriæ poteſtatis vinculum fingit idemptitas perſonarum.& per conſequens ī poteſtate domina paternorum bonorum in totū. & eo mortuo,ſua hęres & neceſſaria in ſolidum, quo fit non obſtante pacto cum iuraméto ꝙ ſi eſt præterita in teſtamento paterno: eſt nullum omnino.& filia hęres eſt ſua & neceſſaria: ab inteſtato,& iure honorario habet bonorū poſſeſſionem contra tabulas & vnde filii. & ſi forſitā pater decederet inteſtatus,etiam filius ab inteſtato foret ſuus & filia,ergo quomodo dicemus quòd filia reputetur extranea ſolo dūtaxat pacto cum iuramento.certè vllo modo quid quid ſcribatur per Doct.in d.c.ii. Porrò & ſi pactum de non ſuccedendo quamuis vallatum ſit iuramento,in filia familias exiſtere cēſetur ad eneruandam ſui hæredis exiſtentiam,imo vt præfertur ſuccedat eo nihilominus nemini debuit videri Bonifacium octauum ſuum Pontificem nō habuiſſe notitiam eorum omnium quæ ſunt illius pacti. Nec per inaduertentiam profiluiſſe ad conſtitutionem illius capituli ſecundi.prēſertim cū ibi minimè expræſſum dicatur pactum illud de non ſuccedendo,firmari iuraméto.& cōſequēter ſatis liquet fuiſſe & de eius intētione tale pactum:licet interuenerit iuramentum adhuc remanere ī validum.velut iure ciuili improbatum:quia quod non mutatur &c. & ꝙ inquit litera firmatū ſubauditur a filia &c. ꝙ verò ſuū eſt ideſt iuramentū non vi,nec dolo,præſtitum. expręſſum iubet a filia ſaltem de facto obſeruandum.Et ſequitur ratio in tex. cum non vergat in eternę ſalutis diſpendium ſcilicet iuramentū, quo patet per prius, & de ipſius iuraměti.& nō
13 pacti obſeruātia dictum.† Vnde vnius ideſt ſolius iuramenti incluſio,pacti tacita, videtur excluſio.ſecundum iura de hoc vulgata per ius canonicum quoq; & ſequitur,nec redundet in alterius detrimentum. quo fit vt tranſgreſſor eius iuraměti ob periurium incurreret mortale peccatum in eternæ ſalutis interitum,quo ſolum & ſi non fuiſſet illud.c.cogenda nihilominus fuiſſet filia ad illud ſeruandum:ac ſeculares iudices qui tales filias audiuiſſent cōtra venientes mandato,ſedes Apoſtolica animarum periculis obuiare volens,eoſdem iudices ad ſeruandum hoc ius canonicum cenſura eccleſiaſtica compellendos vt.c.licet cum ſi.de iure iurando eodem libro.Non ergo inaduertētia,imo neceſsitas cōgit ad id.c.ſecundū. Rurſum quia fuerat.d.Bonifatius octauus † lex viua,& animata eius pectō
14 ris ſcrinio clamant omnia iura:& licet de ipſius conſtitutione foret diſputandum ante factum, ſecus poſt:imo ſecundum ipſas venit iudicādū, vt in decretis.iiii.diſtin.in iſtis.&.ff.qui & a quibus.l.proſpexit cum ſi.parum tamen valet illud iuramentum,quoniam ordinarius aduertens ꝙ eſt ſuper pacto in licito interpoſitum abſoluet
15 † faciliter iurantem illo a iuramento.iuxta notata extra.de iure iuran.c.i.&.c.debitores Præterea cum eſt perſonale non egredietur ipſum iurantem:ſecundum Inno.eo.ti.c.veritatis, vnde filii adhuc ea viua,& quaāuis ea mortua, eius erunt hęredes: poterunt impunè & abſq; mœtu reatus periurii cōtrauenire ſecundum notata, per Bar.in.l.relinqui ſuperſtitis de acquir.hære. & per Bald.C.de collat.l.pactū,licet aliter velint canoniſtæ.Doct.in d.c.ii.dicentes peccatum in de confirmari iuramento:& conſequenter validum omnino.ſecundum quòd nil valeret abſolutio,& ligarentur hæredes ex eo.quibus libenter ad hærerem ſicut & domino Bonifatio ſi cō mertium ſuccedēdi caderet in peccato, ſicut in minoribus,ſeu alteri ſuo fauore prohibitis cadit alienatio. Quo caſu & cum eis teneo quòd conuētio firmatur iuramento. tamen nunc pertranſeo,quoniam iſta materia eſt aliquantulum impertinens noſtro propoſito. Illud autem benefateor quòd ſi filia foret a patre exhęredata: quæ tunc non haberet in ſubſidium, niſi querelam inofficioſi teſtamenti, & paciſceretur de illa quærela inofficioſi teſtamenti non intentanda:quoniam illo tunc pactum contineret nō fieri,cuius optimum habent pacta cōmertium. illa ratio non haberet locum:ideo tunc opus fuit ea ratione,de qua tex. in.l.ſi quando.§.illud.C. de inoffi.teſta.ſecundum Papiniani reſponſum, in quo diffiniuit meritis magis filios ad paterna obſequia prouocandos, vt.d.l.ſi quando.§.i. Aut ergo loquimur in pacto de non ſuccedendo,& locum habet prior ratio. Aut de non agēdo quærela,& locum habet ratio inmediate dicta:quibus ex omnibus videtur ꝙ & in huiuſmodi feudis debuerint pariter ambo ſuccedere,pacto illo minime obſtante.præſertim cum pacta
16 & ſtipulationes fuerint inuentæ † vt quiſq; acq reret quòd ſua intereſt. non autem in aliorum maxime extraneorum cōmodum. Alteri enim nemo poteſt paciſci.ſi ſua non intereſt vt ad literam legitur.ff.de verbo.oblig.l.ſtipulatio iſta §. alteri.Nec enim cōmunis Ianuæ aliquid ītereſt quòd primogenitus alios excludat: imo magis

pdesset plures hẽre vassalos ĩ seruitiis idoneos. ergo &c. Cæterum & si prima fronte videantur præcedentia fortiter vigere illa tamen præmissa ac prima in parte affirmatiua, ad illa tollẽda, eo quòd non sufficiant ad in validanda talia pacta.imo oportet alia ĩducere aduersus huiusmodi pacta:de quibus apparebit arguendo pro parte negatiua. Et mœritò quoniam licet dantibus in feudum, sicut possent ab infeudando abstinere in totum: multo magis restringere possunt ad certas personas quodlibet feudũ: & illud efficere non omnino in rem, sed tãtum modo quo ad personas expræssas personale,vt & nos in simili tex.ff.de vulg.& pupil.l.qui plures pro tanto & si in dubio feudum intelligitur reale:quòd attinet ad omnes masculos descendentes,& si est antiquũ,& ad agnatos transuersales. Tñ.licet a principio cuilibet domino quod suum est,dare in feudum vassallo.& post eum,futuro eius primogenito tantum modo.ita quòd eo existente,alius non succedat vllo modo.imo omnes alii excludantur ab eo:quo.fit vt illud pactum continet quod est cõmertiũ eorum.ff.de pac.l.iuris cõmertiũ.§. pactorum &.l.auus.&.l. qui in futurum eo.ti.& de probat .l.pactum.ff. de verb.obli.l.eum qui ita.§.te titium,&.l.Iulianus in princ.& plenè per Bart.eo.ti.l.si sic,& plenius in proposito in.l.continuis.§. vltimo cumsimi.Neminem igitur moueat quòd per liberã personam extraneis quæri minime potest talibus pactis in feudo insertis.cũ alteri non liceat paciscivt supra.Fateor enim quòd ipsis nõ quæritur directo, & imediatè huiusmodi ex pacto. Imo alterant.talia pacta, feuda: in quibus sunt apposita:qualitates,& eorum naturas solitas,in mutantia.efficiendo ipsa censeri nõ simpliciter in rem.Imo secundum quid, idest tantũ modo quò ad primos genitos, quo succedunt ĩmediatè iura illa omnia cõmunia & consuetudinaria, de talibus feudis loquentia. Illoq; demum cõmuni & consuetudinario iure imediatè & directo cohoperante:possunt primogeniti dum taxat succedere:aliis nedum ommissis in prouidẽtia parentis, feudum acquirentis, & benefitio domini cõcedẽtis,quinimo expræssim exclusis, in quãdam igitur consequentiam, & nõ directo
17 proficit illa pactio.† quasi remota,& quodãmodo mediata eorũ occasio causam præbẽs dicto iuri tam cõmuni, quam consuetudinario,quod consentaneum est cuilibet facto.ff.quòd vi aut clam.l.prohibere in prin.de procur.l.per procuratorem.de vsur.l.siquis solutioni.§.fi.Nec mirum est, quòd valere videatur hoc pactum pro
18 primo genito factum. Valent enim quæq; † pacta,& contra naturam feudi inserta: adeo ꝙ & si tenor aliquis pacti propter cõmunem rationem feudi in inuestitura a domino dicatur interueniisse vel forsitã si specialiter asseritur feudum sub tali conditione dedisse: vt vassallus in festiuis diebus vadat ad ecclesiam cũ eius vxore quod est valde extraneum a feudi natura,facultate probãdi domino adempta.idest domino in probatione deficiente, potestatẽ habeat vassallus se defendendi per sacramentum.si tamen dominus in probatione non deficeret: illud pactum validum foret.& si taliter sit extra-
19 neum,protinus tamẽ seruandum.† Eoq; ex pacto nouas qualitates assumeret huiusmodi feudũ idem per contrarium si vassallus pactũ spetiale contra naturam feudi allegat: velut de filiarum succesione,licet ei tenorem talis pacti (si potest)sicut inuestituram probare.qua probatione facta liquet ex ea pactione feudum sibi nouam naturam assumere, vt hæc omnia licet ad literã videre.in ti.quid sit inuestitura.§.Præterea.&.§.vltimo,& tit.de inuestitura quam ac-
20 cepit titius a Sempronio.licet enim † in dubio semper sit præsumendum aliquid concessum:vt consuetudo confirmat interprætandum.Nihilominus si aliter constat actum, illud est seruandum.Sicut & cum Imperator alicui concedat priuilegium:prima facie non intelligitur cõtra ordinem consuetum aliquid concessum.licet valeat,si aliter constet expræsse actum. secundum glo.in dicto.§.præterea.quæ ad finem ibi colli-
21 git hæc omnia.Sic & alias† licet feudum a fidelitate dicatur,vel a fide,adeo vt nulla inuestitura fieri debeat ei qui fidelitatis sacramentum facere recusat,si tamen eo pacto acquisitum fuerit,vt habeatur sine iuramento fidelitatis: seruãdum est illud pactum. Et ex eo aliàs insolitam legem & naturam recipit huiusmodi feudum, vt in libello feudorum,tit.per quos fiat inuesti. c.vltimo,& plenè legitur de capitulis Conradi in princ.Præterea inquit Odof.in summa feudorum in rubricella,vt nõ possint in feudis apponi pacta?notandum fore, pacta in feudis apponi posse:etiam talia quæ sunt cõtra vsum feudi,puta vt fidelitatis iuramentum non præstet, vel vt fœminæ succedãt.imo etiam pœnitus extranea a feudis scilicet ꝙ vadat vassallus,vt præfertur omni die festo ad ecclesiam cum vxore
22 domini &c.Et generaliter inquit, † ꝙ valẽt pacta omnia in feudis adiecta nisi iuri forent contraria:& meritò,ait.n.Vbertus de orto suo ĩ feudorum libello: quòd strenuus legis peritus, sic vbi casus emerserit,qui consuetudinẽ feudi nõ sit compræhensus:absq; calumnia vti poterit lege scripta.vt in ti.de feud.cognit.c.Illud autem in lege rescripta acceptum est,pro vulgari regula in omnibus contractibus:quòd leges insolitas,idest qualitates,nouas formas,atq; naturas accipiunt,secũdum conuentiones eis insertas, per leges prẽallegatas.Illud quoq; pro huiusmodi pacto videtur facere: quòd in libello feudorum reperitur expræssum: quòd licet quando vassallus simpliciter refutat feudum paternum
32 in manibus domini,† ea lege & pacto, vt fortè cum sit ætatis decrepitæ, dominus filios inuestiret:non videatur illud agi, quòd nouum fiat illud

lud feudum.imo iterum inſpecta prima cauſa, remanet paternum.Et illud tantum modo præmitur actum fauore filiorum:quaſi fortè exiſtimet pater facilius pro filiis à Domino renouationem impetrare,quā ſe mortuo, poſſent ſine quæſtione,tales filii obtinere. vt hæc omnia licet clarè ex tex.colligere in ti.de vaſſallo decrepitæ ætatis.c.i.Si tamē refutauerit vaſſallus feudum illud antiquum in manibus Domini,eo expræſsim acto,vt dominus inueſtiat alterū,quaſi de nouo benefitio.Sequuta tūc illa inueſtitura noua,illa de cauſa nominatim expræſſa,non amplius remanet antiquum. imo Arſus fiet nouū: adeo quòd poſtea mortuo vaſſallo, agnatus nō ſuccedit in feudo illo.vt in tit.de eo qui fecit finem agnato de feudo paterno.vltimo reſpōſo. & legitur etiā in tit.ſi agnatus & filius repudiat hæreditate &c.Sed quando aliquid volūt quod non eſt posſibile:niſi ante aliud agant: quod tamen dependet a ſola eorum voluntate.† tacitè
24 per prius, illud antecedens neceſſariū credūtur voluiſſe:& per poſterius agūt palàm, & exp̄ſſè, vt vulgo legitur.ff.de procur.l.ad rem.&.l.ad legatum. &.l. indebitam.ff.de condi. indebi.per Bar.& argumētum de iuriſdi.om.iudi.l.ii. & deſponſa.l.oratio.&.ff.de acquir. hered.l.nec hiis in fine.&.l.illud noſtro igitur caſu, vbi pactum illud nouiter factum, quòd primogenitus excludat alios,in antiquo feudo non poſſet habere locum.videtur quondam dominus.Y.inueſtituram recipiēs,per prius feudū illud antiquum refutaſſe ea lege, vt eius in perſona, per illammet inueſtituram nouam,inciperet nouum eſſe vt pactum illud de primogenito quòd alios excludat,protinus valeat: Eoq; illo feudo vt præfertur,incipiente ab ipſo,nulla foret dubitatio iuxta prædicta.quòd valeret illa pactio,nec mi-
25 rum. † Quoniam in ambiguo interpretantur contractus,& quæq; diſpoſitiones aliæ taliter vt valeant.etiam ſi opporteat aliquid ſub itelligere,vel eorum verba fortiter impropriare.ff.fa. herciſ.l.& puto.§.i.cum glo.& vulgo legitur de reb.dub.l.quotiens,& de verb.oblig.l.quotiēs. & de reg.iur.l.ſemper in ſtipulationibus cum ſi.
26 vulgaribus.Nec ab re eſt, † quòd ex pacto exp̄ſſo,vel tacito,antiquū feudū fiat nouū.ſic &.n. fieri videmus p cōtrariū. puta q̄ realiter & verè nouū pacto iterueniēte fit paternū, auitū,& ātiquū.Et ſiquis ſuper hoc nō cōtētus ratione quā ſtatim videbimus: plenè maluerit audire argumentū aliquod ab authoritate,legat per expræſſum quod ſcribitur per Bal.ſuo in cōmento feudorum tit.de aliena.feu.pater.verſi. inter agnatos tamen &c.vbi ait de feudo veraciter nouo, quòd ſi cōuenit pacto quòd haberetur pro antiquo, & auito, quòd pœnitus eſt habendum pro eo, adeo q̄ in agnatos ſub audio omnes ſimul proximos.Valet alienatio ſcilicet facta īſcio domino: velut habendum pro paterno & auito,
27 † de quo non eſt dubium quin alienabile ſit in eos ſimul proximiores agnatos, abſq; domini voluntate.vt dicto verſi.inter agnatos tamē &c. & in tit.per quos fiat inueſtitura.§.ſed & res. & glo.tetigit in tit.de alienatione feudi.ſi clientu
28 lus.§.penultimo ſuper verbo libello facta.† licet ergo antiquum feudum & paternū regulariter inquit tex.voco.quicūq; ex ſuperioribus, ideſt cōmunis agnationis,id acquiſiuerit.vt ad literā tex.deſcribit in tit.de natu.ſucceſ.feu.in litera ibi paternum voco &c.& de gradibus ſuccedē-
29 di in feudo ibi quòd eſt intelligēdum ita. † ſimiliter quòd noua reputatur inueſtitura illa ſola, qua feudum primo quæritur.Illud quoq; dum taxat feudum nouum dicitur: vt in tit.quot teſtes ſunt neceſſarii ad probandum inueſtiturā. pactum nihilominus in feudis inſertum ſcilicet nouis,quòd habeantur pro antiquis:ſeu e cōtra, illud efficere poteſt: quòd mutent naturam ſoli tam.& aſſumāt qualitatem feudi antiqui.& per contrarium,vt iam plenè probaui. Nec immeritò ſicut antiquum fit nouum:ita & per contrarium,valet pactum de nouo feudo quòd cenſeatur antiquum.† quoniam contrariorum eadē
30 eſt ratio:& per conſequens eadem iuris diſpoſitio:præſertim cum vbi non proponitur generaliter pactum de nouo feudo,quòd ſit antiquum imo tantum modo nominatim actum, quòd agnati admittantur ad ſuccedendum, nulla eſt dubitatio de feudo nouo.quin ſaltem in ſuccedendo,valeat ex conuentione feudi antiqui,naturam aſſumere:taliter quòd agnati omnes, de quibus actum eſſet in feudo:poſſent ſuccedere, & ſi ſine pacto nullatenus audirentur, volentes
31 venire.† Imo feudū illud nouum reuerteretur ad dominum,vt expræſſum eſt in.tit.quib.mod. feud.amit.§.item ſi duo & in tit.qui feu.dare poſſ.§.ſin autem, in litera ibi niſi hoc nominatim dictū ſit.& ī dicto ti.de ſucceſ.feu.§.fi.& ti, de bn̄fitio fratris.& qualiter frater fratri.ſucce, ī feu.& de fratribus de nouo bn̄fitio iueſtitit.c. j.ad finē.& in tit.de duob.fratr.à.capi.ſimul inueſt.cum ſi.Idem ergo per omnia dicendum venit de pacto,quo generaliter & ſub compendio agitur in feudo nouo, quòd cenſeatur antiquū omnino.Nam eo & ſi non in ſpetie tamen in genere videtur actum:quòd agnati admittantur
32 ad ſuccedendum † Vnde non minus valet taliter expræſſum in genere,quam ſi expræſſum foret nominatim & in ſpetie.argumentum.ff.de vulg.& pupill.l.lutius.&.l.nā hoc iure.& quòd de compendioſa ſolemus dicere in.l.præcibus. C.de impub.& al.ſubſti.&.l.centurio.ff.eo tit. Tantum enim valet generalis expræſſio, quòd omnia &c.ff.de leg.iii.l.ſi chorus.de reb.dub.l. ſi hiis qui ducenta.§.vtrum, &.l.ſi duo in princ. ff.de admi.tu.procul dubio igitur efficit illud pactum,quòd feudum quāuis realiter ſit nouū: cenſetur tamē antiquum,præcipue quo ad ſuccedendum, & conſequenter idem videtur omnino per contrarium. Et notandum quòd non

fuisset cautum instrumentũ:nisi cum pacto, nedum quòd sit paternum:sed & generalius addi-
33 tur,quòd sit auitum,& antiquum. † Quoniam paternum non dicitur vltra quartum gradum, vt d.§.hoc quoq;.de succes.feudi.ideo vt porrigatur etiam in infinitum,additur quòd sit antiquum.ideo nil vacat a ministerio. Multimode igitur pro hac parte concludendum videtur,q̃ & testamentum domini.Y.Iuuare dicitur:eo ꝙ per illud, Ioannes quasi totaliter exhæredabatur.& Tomas admittebatur,plusculum sequés, ipsius Ioannis refutatio,& liberatio, facere videtur quia renuntiantibus iura sua &c. præsertim cum Ioannes non contentus illa spõtanea refutatione,adhuc se exhibuit sponte,procuratorio nomine, vt præfertur Isnardi fidelitatem fatere d.l.d.Marchioni, quo satis visus fuit tacitè professus se ipsum suo nomine nullũ ius, illis in feudalibus bonis habuisse.cui confessioni,
34 q̃is extraiuditiali videtur stãdũ esse quis† falsa assueratio sola ét sciẽter facta nõ potuisset trãsferre dominia vt.C.de iure & fac.igno.l.cũ falsa.& ibi per Cyn.&.C.de pac.l.trãsationibus.ff. depositi.L publia.§.fi.&.C.de non num.pec.l.generaliter &.c.per tuas,extra de probat. quinimo saltem videretur suo iuri renuntiasse vellendo Isnardũ ex illa recognitione facta a.d.Marchione, habere dominium vtile quod solẽt vasalli habere. & ipsum.d.Marchionem directum de cætero esse dominum & dantem in feudum. argumento.ff.de Procura.ad ré &.l.legatum.& de iurisdicti. omnium iudi.l.ii.de sponsalibus.l. Oratio, de acquir.hæredi.l.nec hiis cum sim.& l.illud cum si.illud autem constat ꝙ huiusmodi
35 iura:realia † potest quis ad cõmodum absentis a se abdicare, simplici ex renũtiatione præsertim cum bona sunt vt erãt in præsenti apud alium absentẽ, cui velut habita pro de relicto ea taliter renuntiando incipiunt esse in dominio suo secundum Inno.in c.veniens extra de renuntiatione.& optimè.C.de pact.l.postquã liti. quod ibi plenè no. glo. Cæterum verius reor oppositum,quòdq; illud pactu fuerit & sit omnino inualidũ:neq; fuerit aliqualiter prius Ioannis exclusiuum,nec aliorum descendentium dicti Thomæ.Cum & huiusmodi feudum paternum,iuris intellectu habetur cõcessione domini:idest cõmunitatis tanuensis, ac prouidentia
36 primi parentis. † puta domini.T.feudum illo tunc accipientis, tam pro se, quam quibuslibet descendẽtibus suis,vsq; in infinitũ: vt in prima constitutione feudorum.§.cum verò, Conradus.in.glo.sic ergo, & in tit.an agnatus & filius defuncti repudiata bonorũ possessione, feudũ retineat?& legitur & notatur de sucessione feudi in princi. argumentũ etiam.ff.de oper.liber. l.vt iuris iurandi.§.si liberi.& quod legitur & per Cy.plenius notat.C.de oper.liber.l.liberti: illud igitur feudum paternum est personale in quolibet vasallorũ.totq; sunt feuda quot vasalli
37 adeo quòd morientem † quia mors omnia soluit: vt in authen.de nup.§.deinceps, totaliter de ipso feudo exuit, vnde per annihilationem personæ suæ,sequens admittitur suo iure domini benefitio: ipsiusque solius primi parentis ex promissione.ita quòd nullum est medium iter mortem vasalli: & acquisitionẽ sequentis agna
38 ti,seu filii.sicut in simili solemus dicere † de bonis damnati quæ hodie deuoluũtur vt plurimũ in descendentes,ascendentes,& transuersales & per rarò in fiscum, vt in crimine læsæ maiestatis.Nec enim ideo sunt hęredes damnati: nec sustinent vicem personæ suæ velut succedentes
39 in locum suum.imo quia † damnatus vltimo supplitio pœnæ seruus efficitur: & ꝑ consequẽs totaliter annihilatur.bona eius vacantia fieri dicuntur.nec fiscus, & alii,aliquid recipiunt ex persona damnati.imo suo iure, deuolutione legali:eaq; ratione in fiscum, & similes non transit ius instãtiæ,quia ꝑsonalis, est & exigit repræsentationem personæ defuncti.imo quia nõ est persona in qua resideat & sine qua non durat iuditium tulit & totaliter expirat.vt.ff.solu.matri.l.si constante.§.vltimo.& in simili si damnetur pendente stipulationis condictione, cum existente condictione oporteat esse personam stipulatoris & promissoris,saltẽ fictè. Nec quidem & casu, imo existente condictione deficit persona quæ obligetur: stipulatio protinus resoluitur.ff.de nouatio.l.quotiens in fine.sic & in præsenti agnatus non est successor vasalli immediate defuncti.imo domini,nil, ergo potuit ille vasallus in ꝑiuditiũ sui. Hinc est ꝙ si vasallus forsitam licitè aliquid ageret de huiusmodi re feudali:forsitã quia infeudaret alii seu loca-
40 ret vel aliter legitimè concederet. † resoluto iure datoris,idest vasalli mortui, resoluitur ius cuiuslibet acceptoris ab ipso vasallo mortuo, sua in vita accipientis.vt in ti. quib. mod.feud. amit.§.rursus.& si controuer.fuerit de inuestit. in fine.& ibi de hoc plenè & de lege Conradi.§. profectò.argumentum etiam.ff.de in diem adiectio.l.iii.§.sed & Marcellus.& vulgo legitur,& hebetur.ff.de pig.l.ex vectigali fundo. & de iure fis.l.statius Florius locati.l.si quis domum.§. i.Si enim vasallus alteri feudum concedit titulo feudi:quod liberè potest fieri absq; consensu domini.cum recipiens in feudum sciat,quod recipit,fore feudum.quod est personalissimum (vt præfertur) concedens videtur in dubio dare tantum modo ius quòd habet in feudo: & si finiatur eo mortuo.argumentum,etiã.C.de lega.l.si vxor patrui.& de lega.i.l.Senatus.§.fin.& l.si domus.§.vltimo.&.ff. de contrahen.empt.l. qui tabernas.& glo.illud tenet exꝑsse.ff.de leg. i.l.si domus.§.de euict.Cõmuni ergo vtriusque consensu, primi scilicet vasalli concedentis,& secundi recipientis, ipso iure finitur,illa secunda feudi,concessio facta:& habet locum reuocatio sequentium descendentium seu transuersalium,

salium,qui suo iure nouiter eis quęsito,reuocāt illud taliter infeudatum, quo consuluit Butri. vt refert Bal.ff.de peti.hæred.l.item videndum inutile.videri præallegatum feudi factū, vt forsi tā filiorum qui in ambiguo non videtur præallegasse nisi suum ius:& si finitur morte. quæ omnia locum habent nedum in agnatis transuersalibus,sed in filiis,& aliis liberis descendenti-
41 bus vsq; in infinitum.Cum & si † in hoc differant descendentes a transuersalibus.quòd transuersales agnati valent liberè feudum defuncti vassalli accipere & eius hęreditatē repudiare.Illud minimè possunt filii.imo coguntur inuiti simul vtrumque accipere. Nec potest filius ipse hæreditatem sine feudo repudiare. Sed aut vtrumque retineat, aut vtrumque repudiet.vt dicto tit.an agnatus & filius.Non tamen ille filius qui adita hęreditate paterna feudū accepit, illud iure hęreditario retinebit: sed habebit quoq; domini benefitio, & prouidentia parentis velut suo iure,& suo proprio nomine quæsitum ex illo feudali contractu retinebit,vt quilibet alius agnatus facit.qđ exp̄sse glo.pulcherimè inquit in dicto tit.an agnatus in glo.super verbo repudiare.ibi quòd videtur mirum maximè cum erat paternum: & in.d.l.item videndū in fine.loquitur enim glo.& ibi ex filio, qui patri vltra hęreditatem paternam succesit in feudo:dicens expręsim quòd illud feudum nō habet iure hęreditario, vt suum,sed aliunde.videlicet.domini benefitio, adeo quòd Dy.vt in d.l.
42 item videndum,recitant Bar.& Bal.† quærit de fratre qui facit finē fratri suo de omni eo quod ex hęreditate paterna potest consequi.an videatur feciisse finem de feudo?& soluit quòd non: quia feuda non capiuntur a filiis.vt ex hæreditate paterna.imo suo iure proprio:cōmunis est er
43 go opinio etiam in filio † quòd habet feudum domini benefitio:& non hęreditario iure patero.quod & Doct. sequuntur omnes in titu. an agnatus,& d.l.item videndum:quod in ipsa lege item videndum Bar.secundum Cyn.in additionibus repræhendit illam glo.dictæ legis itē videndum in eo quod immediatē affirmat de filio,quòd habet petitionem hęreditatis pro feudo.Videtur.n.illud contradictionis implicatio scilicet, quòd habeat non vt hæreditarium,sed velut aliunde quæsitum,quodq; nihilominus sit hæreditatis petitione vendicandum:licet Bald. sustinendo,glo.dixerit, post modum in titu.an agnatus &c. illud procedere quia licet non sit hæreditarium,est nihilominus hæreditati connexum.& ab ea inseparabile. vnde connexitas illud facit.Conclusio est ergo breuis & vera omnium.glo.& Doc.quòd nedū trāsuersales agnati:sed etiam filii vassalli, feudum paternum non habēt ab ipso vassallo,eius iure hæreditario,sed aliunde:idest,a domino. Quo quidem infertur necessario contra illud pactum pro primogeni
44 to factum † quòd alios excludat in totū:quòd fuit & est inualidū,in præiuditium dicti Ioānis, & sequentium.imo id quod nostrum &c.nec alteri per alterum potest fieri præiuditiū res autem per alios acta &c.secundū iura vulgata &c. Amplius illud & in feudo spetialiter traditur ꝑ
45 regula.† quòd vassallus vltimus meliorem feudi conditionem facere potest. deteriorem minime,absq; domini volūtate,vel eorum agnatorum,ad quos per successionem pertinet. vt in titu.de inuesti.de re alie.facta.qua ex regula satis tollitur dubitatio nostra.Et si dicatis:quòd cū Ioannes fuerit filius domini.V.& hæres, non videtur posse factum eius impropriare aliquo ēt suo proprio iure. C.de rei vendi.l.cum.a matre argumentū.ff.de reg.iur.l.in his.§.non debeo &.l.hæredem.vna enim & eadem censetur persona cum defuncto.Nam facilis est ad hāc argumentationem solutio.ex contractu enim patet no ibi nascitur de euictione obligatio illa autē obligatio quæcūq; sit personalis nil minus trāsit.a defuncto contra hæredē, ita quòd statim post aditionem hæreditatis, hæres etiam obligatus reperitur emptori qui cōtraxit cum prædecessore suo de euictione:vnde quē de euictione tenet actio.&c.At illo ex pacto quòd primo
46 genitus alios excludat † nō potuit fieri per patrem,quominus alii pro sua rata successerint in feudo,vnde cum illud ius habeant ab alio, idest a domino suo quòd nec per dominum potuit eis auferri in alio dudū sequenti feudo.imo & si contractus antequam fiant,contrahentiū sint in arbitrio:secus tamen est ex post facto, ita ꝙ non licet domino quod primum dedit, tollere a modo,cum illo ex pacto quòd primogenitus excludat alios, nulla vnquam orta fuit obliga-
47 tio,† Cum ad obligandum non fuerit inuēta illa conuentio (vt patet ad sensum) argu.ff.de tēporal.præscrip.l.an vitium.§.ex.facto.vbi qm̄ hæres eius qui rem suam dedit pignori, quod attinet ad pignus: illud non succedit in locum defuncti imo alterius extranei a quo emit.quo ad id nō fungit vice defuncti,imo in pignore illo amplius potest quam defunctus.qm̄, vt ibi in
48 quit tex.sibi sufficit † longum tempus ad præscribendum pignus:ꝙ minori spatio quādo annorum xl.non posset defunctus.vt.C. de præscrip.xxx.vel xl.anno.l.cum notissimi in princ. & consequenter nec in re illa ligatur lege, idest defuncti conuentione.quinimo potest liberè ille suo facto totaliter contradicere. ergo idem hic omnino vbi feuda Ioannes non habet a patre suo:nec in eis succedit eius,loco imo vt dixi per anihilationem patris contingentem ex ipsius morte, capit.suo iure, & dicitur alterius,id est loco domini succedere.mœritò non excluditur illo paterno pacto loquēte de primogenito,vt dicto.§.ex facto, qui est text.optimus in hoc puncto,quo breuis elicitur & vera conclu-
49 sio.† quòd nūquam successor etiam vniuersalis fungitur vice hæredis nisi dūtaxat in his quæ

habet

habet a defuncto:secus si acquirat ab alio: etiã post hæreditatem aditam, quem admodum si ante fuisset quæsitum, & tex.ibi ad finẽ nos ita docet arguere cum glo. interlinearia quæ incipit in re illa &c. supersest nunc respondere ad argumenta in oppositum inducta: quod.n.multimodè deducebatur ĩ aduersum:de pacto quoque quòd potest apponi in feudo, ꝓcedit quotiens non agitur de præiuditio alieno, sed ipsorum paciscentium tantum modo, inter eos.n.
50 solos negotium contrahitur † ideo tantúmodo de se,& non de alio oportet promittere.ff. de verb.oblig.l.inter stipulantem in principio, eoq; tollitur quasi tota prima allegatio quæ ꝓcedit,cum vassallus promittit de se, & non extrinsecus de alio.illud quoq; additur ad tollendum quod de feudo in oppositũ dicitur.scilicet quòd ad certos successores rectè restingitur,illud enim optime procedit de feudo nouo, quo agitur de nouo iure quærendo,tunc enim quoniam non quæritur de alieno præiuditio: potest libere feudum restrĩgi ad votũ domini.
51 † Cum quilibet valeat legem quam vult, dicere in traditione rei suæ.a qua posset totaliter abstinere:multo ergo fortius eam limitare, iuxta iura plenariè ĩ aduersum allegata. secus in feudo vbi agitur de præiuditio alieno,puta delcendẽtium & trànsuersalium: qùibus ex antiquis in uestituris fuerat ius plenariè quæsitum. Vnde absque voluntate talium agnatorum ad quos feudum fuerat alias reuersurum:nil fieri potest, per dominum nec nouum vassallum in eorum præiuditium,vt exprimit tex. prælegatus rectè ad propositum in titu.de inuesti. de re alie. imo requiritur voluntas omnium &c.argumẽtum in simili optimum.C.de fidei com.l.quotiens &.ff.de lega.ii.l.cum pater.§.libertis & de lega.i.nihil proponitur.§.i.& de lega.ii.l.codicillis.§.insulam cum simi.quod enim omnes tãgit &c.Subiacẽt enim quodam modo talia feuda restitutioni, ideo interim nihil potest in talium præiuditiũ agi &c.nec successor tenetur stare contractui talis ꝑdecessoris sui &c.vt plenè dixi,imo resoluto iure suo &c.vt etiam dixi supra.Nec adhuc illud nocet: quòd ex illo pacto de primogenito &c. videtur tacitè actum de illo feudo veteri renouando &c.primũ quia imo ex instrumentis infeudationum.a communi factarum in.d.Y.constat feudum illud nõ tãtum innouatum:imo etiam renouatum,& confirmatum,seu ratificatum,quinimo & si palàm. & expressè,dominus. Y.renuntiasset feudo:ob id solum,vt de nouo inuestiretur,velut de nouo feudo incipiente ab ipso, cum pacto illo de primogenito, adhuc ipsis contrahentibus inuitis remaneret antiquum.quod attinet ad cõmodũ aliorum omnium:& non reputaretur nouũ nisi duntaxat in eius præiuditium & cuiuslibet alterius tantum qui ad id suum præberet assensum.& non aliorum,vt probatur,ad contestum in tex.cum glo.in dicto titu.de eo qui fecit finẽ agnato de feudo paterno.& in titu.an agnatus & filius ad finem.& quibus modis feudũ amittatur.§.prẽterea Nec illud nocet quòd feudum nouum ex pacto inserto in feudo.quod attinet ad oẽs simpliciter,potest fieri antiquum:vt plenè in contrarium extitit supra probatum.quo-
52 niam alia ratio reformat pactum. † Nam quòd feudum nouum fiat antiquum:non continet alienum præiuditium.imo domini tantũ ad quẽ solum feudum fuerat alias reuersurum:& continet aliorum omnium agnatorum transuersalium cõmodum,& vtilitatem. Illud autẽ est certum qnòd licet domino danti in feudum paciscendo sibi obesse,& aliis extrinsecus ad feudũ veniẽtibus prodesse sui domini benefitio & primi parẽtis prouisione,& facto,vt ad plenum dixi modo. Multifariè igitur multisq; modis pactum illud de primogenito ꝙ alios excludat, tollitur omnino.Vnde non restat tollere nisi testamentum cum refutatione.

Ad testamentum igitur, ex ordine primum respondetur.Cuius gratia elt animaduertendũ:
53 † quòd quotiens vassalli morientis patrimoniũ quasi in totum est feudalium bonorum: taliter quòd vltra feudalia de allodialibus nil restat, vel modicum.illo tunc secundum consuetudines feudorum,æqualis est successio filiorũ omnium.Nec aliter disponi potest per vassallũ postea defunctum:imo non valet in cõtrarium facta ordinatio.quo casu rectè intuenti loquitur, tex.in titu.de succes.feu.ad finem principii.quãnis enim generaliter dixerit tex.nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente restringitur:nihilominus ille texr.quatenus illa defuncti ordinatio foret contraria hiis quæ dixerat supra,vt pulchrè in simili legimus in authẽ. de hæred.ab intest.in princ.in verbo,vacãtibus, vbi & si tex.ille simpliciter diceret vacantibus aliis legibus &c.restingunt tamen illud dictum ibi glo.ad alias scilicet,leges quæ cõtrafacerẽt, nec enim alias corrigit quæ saluari possunt, vt in authen.quib.mod.natural.effic. sui.§.tribus. & ita per Doctores omnes pariter casus in d.c. i.Nec mirum quoniam in tex.ibi de alio nõ qri tur,quam de successione feudi. in quo nullus filiorum videtur honorari a patre. imo extrinsecus beneficio domini, & prouidentia parentis primi,vt iam plenariè dixi,nullus igitur liberorum
54 potest tũc in feudo grauari.a patre.† Quia quem non honoro: nullatenus grauo.&c.& illa est optima ratio in litera illa, & procedit sine scrupulo,& si esset testamentum factum consentiente domino: Sic quoq; procedit optime,ꝙ glo.scribit de fratre prorsus præterito a fratre suo,extraneo totaliter instituto,illo in.§.cum verò Cõradus.Nec enim & ibi potuit frater in feudo grauari.a defuncto:cum nullo in alio fuisset honoratus ab eo:eoq; cum feudum non haberet iure ipsius defuncti hæreditario, nec eius

iuditio

potuit aliqualiter grauari in eo,quo fit q̄ quia deuolutio feudi contingit prouidentia principali,ideſt primi aſcendẽtis communis agnationis:non valeat is in quẽm deuoluitur:illud capere iure teſtati,imo extrinſecus a teſtamento,beneſitio domini.vt dicto.c.i.de ſucceſſ.feud.q̄ſi fortasſis pater multa & multa habens bona: tã allodialia quam feudalia, & gratia exẽpli,filios duos,& moriens inſtituendo diuidat inter illos filios illa bona omnia,vni aſsignando allodialia, & alteri feudalia,vel vni quædam ſimul allodialia.& feudalia,& alteri eodem modo,tenet eius ordinatio:& in feudo, ſecundũ Rainerium qui format quæſtionem.glo.eodem modo in.l.ſi familiæ herciſcũdę iuditio.C.famil.herciſ.quãuis glo.illa exempli gratia loquatur in diuiſione fa
55 cienda à iudice: licet vterq; bene tenentes † q̄ poteſt pater vni filiorum aſsignare vniuerſum allodium:& alteri feudum totum,& talem ordinationem valere.quod & ſequitur Bal.ibidem expræſſe: Et enim illa ordinatio,quædam omniũ bonorum adæquatio: & per patrem inter liberos facta diuiſio pro cõmuni eorum ſtatu pacifico. propinquorũ enim diſcordiis ſedandis
56 proſpexit pater.† quas materia cõmunionis ſolet excitare.ff. de leg.ii.l.cum pater.§.dulciſſimis.plerũq; pietas paterni nominis, conſilium capit pro liberis.ff.de adul.l.nec in ea ad finem.
57 † Par. enim affectionis cauſa ſuſpitionem fraudis amouet.ff.de ritu nup.l.nõ ſolum.§.de vno. & mæritò valet illa ordinatio cum vniuerſi filii fuerint hæredes deſcripti vniuerſaliter.& conſequenter multo amplius honorati de allodialibus bonis,quam reperiantur vicisſim in partibus ſuis feudorum grauati.qua ex re non valẽt grauamẽ euadere illa ratione quia feudum ha-
58 beant alio iure.† cum valeat teſtator quoſlibet hæredum grauare etiam in eorum propria re. aliter obueniente quam a teſtatore. vt inſti.de lega.§.non ſolum.&.ff.de leg.ii.l.vnum ex familia.§.ſi rem: Multo igitur magis valent grauari in feudo.quod de facto ſaltem obuenit a defuncto, ex quo ſunt honorati in amplius multo. † hinc eſt quòd credit idem Bal.quòd.ſ.pater filiu cum altero forſitan filio ſcripſit hęredem, ei feudum prælegando.& poſtea patre mortuo filius ille paterna ſe abſtineat hæreditate:& per conſequens iure ſucceſſorio feudũ non valeat accipere ſine hæreditate.ex illo tamẽ prę̃legato filius quaſi redactus ad ĩſtar agnati admittetur illo in feudo ante partem ſibi relicto. Alioquim fuiſſet iure feudorum conſuetudinario morbi
59 legis fuſiæ caninæ facta renouatio.† quæ libertates adimebat inter viuos & non in teſtamento,quod vitium extitit hodie extirpatum omnino,Nec ad rumbum quidquam facit,quò aliter filius qui ſe immiſcuit hęreditati, ad feudũ vocetur,non vt hęres defuncti, imo prouidẽtia principali quòdq; ad feudum non admittatur iuditio defuncti, nec valet feudum hæreditariũ dici.imo filii proprium,beneſitio domini & prouiſione parentis primi quæſitum. Illud enim, vt dixi,bene concludit,quòd ſi nil vltra feudum foret filio relictum:quòd non valere in eo grauamẽ adiectum ſicut de legitima extitit dictum in.l.quoniam in prioribus.C. de inoffic.teſta. Sed vbi filius eſt inſtitutus hæres in vniuerſum, quòd magis eſt quam onus in feudo appoſitũ: valeret p̃legatum ab hærede relictum, etiam de eo quod fuiſſet eius hæredis propriũ, & ab alio quæſitum quã a defuncto.vt d.l.vnum ex familia.§.ſi rem, multo magis in feudo vbi eſt tanta
60 cõnexio.† quòd vnum non ſeparatur ab alio. Nec hiis contradicit quod,vt præfertur, Butri. conſuluit de feudo, quòd in eo præallegatum nihil valet.illud enim conſilium loquitur, quando aliter non conſtat de voluntate. quia tunc in dubio cũ teſtator ĩ eo ius feudi habuit:quod morte extinctum fuit, illud tantum ius legare voluit, idcirco legatum euaneſcit.vt d.l.vxor patrui.& quod notat glo.in d.§.de euictione:ſecus in noſtra quæſtione. vbi conſtat expræſſè, quòd teſtator voluit liberorum feuda, vt eſſentia ſe mutuo aliena inter eos poſt mortem eſſe diuiſa: & taliter pro diuiſo inter eos perpetuo remanere debere adęquata:Vnde conſilium,Butric.cuilibet rectè intuenti apparebit pro parte iſta,quia ſupponit potentiam in feudis prælegandi,licet in dubio dixerit voluntatem ad ius ſuum morte periturum reſtringi.Si.n.non putaſſet Butric.apud teſtatorem ad eſſe poteſtatẽ ab eo prælegandi feudum, quem honorauit in amplius multum de illo prælegato, an valuiſſet nullum fuiſſet dubiũ.Nec oportuiſſet deuenire ad illum mendicatum ſuffragium defectus voluntatis ex reſponſo illius.l.ſi vñra patrui.imo euidentior fuiſſet allegatio defectus poteſtatis prælegandæ de alieno feudo. quod non licet dicere de tanto Doctore.In hoc igitur ſolo,valet
61 defuncti ordinatio in feudo †.quòd ſuccedẽtẽ in eo grauare poteſt:ſi enim hæredem inſtituit: vel aliter eum ad minus in tanto honorauit. Cũ igitur ſæpedictus quondam dominus.Y.modicum haberet in bonis allodialibus:ſed quaſi totum eius patrimonium foret dum taxat bonorum feudalium:& conſequenter ſecundum conſuetudines feudorum,æqualis fuit ſucceſſio ipſorum quondam filiorum.nec aliter diſponi potuit per ipſum quondam dominum.Iſnardum. imo non valuit in contrarium facta ordinatio: vt illo in tit.de ſucceſſione feudi ad finem principii.infertur neceſſariò pro Ioanne quòd eius fuit & eſt illorum omnium bonorum feudaliũ relictorum per iam dictum dominũ.Y.dimidia portio: non obſtante teſtamento. De fine autẽ & refutatione ſeu tranſactione & pacto de non petendo, minor eſt dubitatio, quãuis enim aliàs valuiſſet ſpecialis ipſorum bonorum feudaliũ alienatio facta ipſi Thomæ ſoli agnato proximiori abſq; conſenſu domini,enim & alias poſt

mortẽ

mortem Ioannis absq; liberis, illud feudum foret dum taxat ad ipsum Thomã reuersurum vt tit.de aliena.feu.pater.c.i.§.& licet in litera ibi inter agnatos tamen &c.& tit.per quos fiat inuestitura.c.i.§. sed & res. & legitur & per glo. notatur in tit.de aliena.feu.§.& si clientulus ad finem.in glo.in verbo libello facta. argumentũ etiam.ff.de leg.iii.l.pater.§. quindecim & dixi
62 modo.Nil minus † in illa tali fine & refutatione generali non compræhendunt bona feudalia nisi de hiis bonis feudalibus facta fuisset mẽtio specialis, vt est expræssum eo libello feudorum. tit.si de feu.defun.fue. contro.c.in generali.& in tit.de capita.qui curi.vend.An inteligatur benefitium vendidisse &c.i.in fine.sic & alias & si
63 procul dubio valeat † supræmus principum princeps, idest Imperator, naturales filios legi-
64 timare, in feudis non posset, licet tamen † naturales filii postea fiant legitimi p Imperatorem ad succesionem feudi.nec soli, nec cum aliis vocantur, nisi ita fiant legitimi.vt in feudo succedant.& hoc nominatim dictum sit ab Imperatore.vt hæc omnia licet videre eo.tit.si defeu. defun.fue.controuer.c.naturales filii, in tex.cũ glo.quo fit vt illa talis refutatio, finis, trãsactio, & pactum de non petendo.non porrigatur ad illa feudalia : quoniam de hiis non fuit specialis mentio facta. Simili quoq; modo, non ob fuit dicto Ioanni illa recognitio tandem facta illius Isnardi nomine procuratorio. quoniam cũ Ioãnes tractet de damno vitando, & fuerit illa recognitio facta extra iuditium & nõ in iuditio.
65 † Error quantũcunq; iuris, seu facti, etiam pprii crassus & supinus, non nocet imo taliter errãtẽ excusat.ff.de condic.indeb.l.sed si me putem.in princ.& de proba.l.cũ de indebito.§.ñ.de legatii.quæ fidei contra, & c. de iur. & fac. igno.d. l.cum falsa.l.error & plenè per glo.& doct.in.l. cum quis.eo.ti.& etiã in.l.i.ff.de condi. indeb.
66 &.l.error.&.l.regula i.de iur.& facti.igno.† Vnde & si in dubio alio non apparente, standũ esset confessioni:& præsumeretur si quis rem aliquã confiteretur alterius, in dubio.iuxta confessionem eius fore illius & non confitentis alterius nec posset ipse confitens alio non probato contrauenire:iuxta notata per Cyn.in d.l.cum falsa.Aliud tamen est in re nostra: vbi liquet de ipsius Ioannis portione dimidia, iuxta prædicta, quam tamen dimidiam ignorabat sibi competere, saltim iuris errore causato, illo tã ex colore pacti de primogenito q̃ excluderet alios q̃ testamento & quietatione insertis, quod & præterita ratio euidenter docuit.cum nunq̃ de illa sua parte dimidia protestatus fuerit, nec fidelitatem pro illis feudis obtulerit. imo passus fuit Thomã velut primogenitum, & habentem pro se patris testamentum,& quietationis pactum, admiserit ad fidelitatem præstandam in totum & possesionem bonorum ipsorũ feudaliũ &c. Vnde nec ignorans potest videri illa ex recogni-
67 tione, facta procuratorio nomine.† Ius suum amisisse, quod ignorabat sibi cõpetere, vt.ff.de inoffi.testa.l.mater decedens.&.l.legitimam.ff.
68 de petit.hæred.cum simi.†& qualiter probetur error iuris, scribit Bart.in.l.ii.ff.de confess.&.l. celsus de vsucap.& per Doct.in.l.error. Vnde ex hiis omnibus concluditur in suma, quòd nõ obstantibus pacto de primogenito testamento olim domini.Y.trãsactione cum pacto, post mortem dicti domini.Y.fuit ipsius Ioannis statim illorum omnium bonorũ feudaliũ dimidia portio & consequenter immediate Thoma mortuo reliqua dimidia per consuetudines feudorum fuit inter omnes suos liberos æqualiter dimissa.Eoq; Isnardus iuuenis vel alius pro eo, illustrem dominum.d.Marchionem montisferrati non potuit recognoscere & fidelitatem sibi facere, nisi pro sua rata portione quod fuerat primum principaliter probandum.

Circa secũdum & vltimum, nemo dubitat q̃
69 & si Diuus Adrianus rescripserit † in malesitiis spectari voluntatẽ, & non exitum, vt.ff.ad leg. Cornel.de sicar.l.i.§.diuus,&.l.in lege Cornelia
70 &.l.diuus eod.titu.quòdq; sufficit † in homicidio conatus, velut crumen atrotius:& si non sequatur effectus: illud ꝓcedit nihilominus quotiẽs ille conatus ad actum proximum fuerit deductus, alioquin secus, præsertim si tantum modo fuerit machinatus, vt.C.eod.titu.l.is qui crimen telo, & de pœnis.l.cogitationis pœna. & vulgo legitur.ff.de extraor.crimi.l.i.in glo.propter voluntatem. & legitur.C. de episcopis. & cleri.l.si quis non dicam rapere. quaquã igitur de illo iuuene.Isnardo prætendatur illud cogitasse.s.necem patris sui voluisse vendicare.Nec ob illam talem qualem cogitationem, aliqnid præsupponitur retroactum præsertim homici-
71 dio proximum. † Cogitationis pœnam nemo mœretur &c.& si dicatur quòd imo in crimine lęsę maiestatis, iura voluerint eadẽ sęueritate volũtatẽ sceleris puniri: qua & effectũ.vt.c.ad leg. Iul.lęsæ maiesta.l.quisqs ad finẽ principii.re põdetur de facili, quod cum antea Dux Ianuensis atq; consilium quindecim sapientium Antianorum approbassent recognitionem tandem factam, in prælibatum Illustrem dominum Marchionẽ,& se inuicem liberassent a suprascripta fidelitate,& subiectione.Ianuæ,non potest videri amplius ĩcidisse crimen læsæ maiestatis illius Ianuensis cõmunitatis.quasi occidere voluerit fratrẽ Ducis illius cõmunitatis vt patet ad sensum. Vnde non cadit hic illa disputatio an incidat in dictam.l.quisquis tractans mortem inferioris a principe vt puta Ducis Ianuæ seu astãtiũ sibi.de quo per Doc.in d.l.quisquis nec quoque potest videri voluntatem habuisse criminis cõmittendi lęsæ maiestatis illustris domini Marchionis talis.s.de quo crimine læsæ maiestatis loquitur dicta lex quisquis. Non enim cogitauit de nece virorum illustrium qui consiliis &

cõsistorio

consistorio intersunt prælibati illustris domini Marchionis qui & ipsi pars corporis sui sunt. vel cuiuslibet, & postremo qui secum militant &c. Vt ibi in litera, quo fit vt si dixerimus. l. illã quisquis in in inferioribus à Principe locũ habere ne incidant primum caput legis illius, quo solo velut secundum Cyn. & alios in d. l. quisqs proprie dicto crimine læsæ maiestatis ob immanitatem tãti sceleris punitur. sola cogitatio scilicet deducta ab extra. l. saltim ad sacramentum secundum. Y. vt in glo. dict. l. quisquis, vel saltẽ tractata cum amicis, & vicinis secundum Bart. de Salyce. in d. l. quisquis non sola cogitatio tã tum. secus in aliis capitibus etiam dictæ legis Iuliæ maiestatis. imo dicunt oẽs quòd in illis præualet regula cõmunis: de quà in d. l. cogitationis, vt etiam patet ad sensum rectè intuenti verba illius legis.

Nullum ergo realiter verè dici potest crimen ille iuuenis cõmisisse ad minus aduersus dominum feudi, quo casu etiam si aduersus alium aliquod cõmisisset delictum, cum sit feudum antiquum: reuerteretur ad agnatos, & non ad dominum, vt in titu. quæ sit prima causa beneficii amitten di. §. deniq;.

SVMMARIVM.

An bona paraphernalia statim efficiantur mariti, sicut & dos?

1 *Bona paraphernalia an efficiantur statim mariti.*
2 *Bona paraphernalia data ab uxore: & promissa sibi restitui in casu restituendæ dotis: si post uiri mortem, mulier domum uiri habitauerit: & bona omnia administrauerit, an restituenda sint?*
3 *Bona fides non patitur bis idem peti, uel restitui.*
4 *Statuta contra leges facta: omnino inualida sunt habenda.*
5 *Legis uerba quàm clara sunt: uoluntatis quæstio nõ est habenda.*
6 *Dos absq; matrimonio esse non potest.*
7 *Legitima filijs debetur iure naturæ, & infra numero 9.*
8 *Legitimam filijs suis pater diminuere non potest. Legitimæ nullum conditionis grauamen apponi potest. ibidem.*
9 *Legitima filiorum ad quotam partem bonorum paternorum ascendat?*
10 *Legitimæ supplemento uacante: an filiæ fœminæ à fratre aliud quàm relictum nomine dotis, sub spe futuri matrimonij, petere possint?*
11 *In dubio per statuta simplicia: an recedendum sit à iure Romano?*
12 *Volens antecedens: & consequens uelle uidetur.*
13 *Prohibitus alienare: debet facere, & curare ne per legem alienetur.*

SVPER casu primum quæritur quid iuris de infrascriptis paraphernalibus bonis. Secundo quid dicendum de antifato, donatione ante nuptias, & sponsalitia largitate, ac de vxori relictis a primo marito suo in testamento de quibus supra? Vltimo mortua matre supradicta. quid futurũ de ipsa dote sua? Reuertor igitur ad primum, vbi illud est præmittendum, quod inquit
1 tex. ff. de iure dot. l. si ego. §. dotis. † distinguens inter data, dotis causa, quæ accipere debemus ea. videlicet omnia, quæ in dotem dantur: & reliqua data, quæ græci parapherna dicunt. quæq; galli peculium appellant, & subdit, de secundo modo datis, videndum an statim effitiantur mariti, sicut prima species datorum? quod putat verum si dentur vt eius fiant, nec cum dissractũ fuerit matrimonium: vendicari oportet sed cõdici &c. vt ibi pulchrè in litera planè. & sequitur si rerum marito libellus detur, (vt Romæ fieri vulgo tunc videbatur). Nam mulier res quas solet in vsu habere in domo mariti: neq; dare in dotem, vt ibi in libellum solet conferre. vt subscribat quas res acceperit: & velut chirographum eius vxor retinet, & finaliter sequitur, quòd mariti nõ sint tales res: nõ quòd ei non tradantur, quid enim interest &c. sed quia hoc non agitur inter virum & vxorem, vt dominium ad eum transferatur: sed magis vt certum sit in domum eius illata, ne si &c. & epilogat, quia plerunq; custodiam earum maritus repromittit si non reddantur. qua actione maritus teneat, & finaliter respondetur, quòd si custodia marito committetur: depositi, vel mandati agi poterit quòd & tex. vult. C. de pact. conuen. l. fi. & hipotecam cõ petere mulieri, p rebus huius modi in omnibus bonis mariti. vt per tex. ibi Quoniam ergo supponitur in facto de primo marito quòd confessus fuit habuisse & recepisse pro vxore ab eius
2 patre certas vestes, certaq; iocalia: † & alia quã plura tanquam paraphernales & paraphernalia &c. quæ bona prędictus Africanus promisit eidẽ dominę reddere in casu dotis restituendę &c. vidẽtur illæ res paraphernales omnino restituẽ dæ saltem depositi actione. Cæterum illud foret verum alio non facto, nec apparẽte. sed cum in facto supponatur, quòd mortuo primo marito, mulier in viduitate permãsit, atq; vixit spatio septẽnii continui vel circa eoq; tempore in domibus dicti testatoris, vnà cum filiabus suis cotinuè stetit & habitauit: solaq; rexit & administrauit quæcunq; bona mobilia per ipsum testatorẽ relicta. De ipsis quoq; dispositi pro suæ libito voluntatis. quorum bonorum appellatio ne continentur illa paraphernalia etiã apud defunctum deposita. vt. ff. de hæred. petit. l. & non
3 tantum in princi, † id circo bona fides non patitur, vt postq̃ illa mulier res depositas acceperit: amplius eas sibi reddi quoquomodo petere posit,

concor. loci cons. 180 lib 2 licet dñs. teneat Rogus. de pign. nº 8 mãb & ibi nº 3 & Ghamat cons 114

pos ſit, vt vulgo legimus.ff.depoſ.l.bona fides. Fruſtra enim petit quod intus habet. ſecundū iura vulgata,quinimo refertur mihi,quòd cum tēpore mortis mariti,aliquid de ipſis paraphernalibus foret pignori,& quòd hæredes illud luerunt:& ipſi mulieri ſtatim reddiderūt:& ſic nil reſtauit,quòd ipſa mulier(vt præfertur) non habuerit,quòd ſi ita fuit,a modo nil peti poteſt.

In ſecundo dubio, ſunt ſtatuta duo aptiſſima in ciuitate Placentiarū.primum.n.artat Antifatum, ſeu donationem propter nuptias, & ſponſalitiā largitatem,vt ſi dos data aſcēdat ducentas libras &c.quòd fiat per maritum donatio propter nuptias in inſtrumēto dotali nominatim vſq; ad libras quinquaginta & propter ſponſalitiā largitatē in libris.x.& ſequitur ī ſtatuto quòd ſi fieret vltra dictam quantitatem:valet tantummodo vſq; ad legitimū modū iuxta
4 prędicta.Nihil igitur valet vltra pro rata.†Quoniam quæ contra leges fiunt ſtatuta, habenda ſunt omnino velut non facta &c.Rurſum de illo antifato diſponitur in ſecundo ſtatuto,quòd ſi maritus decedat antequā vxor (vt noſtro caſu)liberis exſtantibus,quòd vxor habeat vſum fructum dumtaxat toto tempore vitæ ſuæ:ipſorum antifati ſeu donationis propter nuptias & ſponſalitiæ largitatis, ea lege quòd antequā poſſit vxor exigere & habere vſusfructus nomine, ab hæredibus viri dictum antifatum &c. ꝙ teneatur præſtare liberis prædictis ſecuritatem de reſtituendis ipſis liberis, dictis antifato,ſeu donationibus propter nuptias &c.ſi contingerit eam p̄decedere liberis ſuperſtibus. Et idcir-
5 co † cū verba legis ſint clara:non eſt quæſtio voluntatis habenda,vt vulgo legitur.ff.de exercito.l.i.§.ſi hiis qui nauē.& de accuſat.l.hos accuſare.§ omnibus ad munici.l.cōſtitutionis, & de leg.iii.l.ille aut ille cum in verbis.&.l.non aliter cum ſi& ſimiliter dici poteſt contra ipſam mulierem pro filiabus ſuis de omnibus iocalibus, & reliquis bonis ab eo primo marito vxori legatis.quòd ſe indignam reddidit illis omnibus relictis, præſertim quòd onus tutelæ filiarū ſuarum ei à teſtatore iniūctum,ſuſcipere neglexit. prout ipſe teſtator mandauit,vt.ff.de hiis quib. indi.l.poſt legatum.§.amittere.& ſequitur ibi in fine de illo legato,quòd tutori denegatur qđ non ad fiſcum transfertur imo filio relinquitur cuius vtilitates deſertæ ſunt, &.ff.de leg.i.& de excuſ.tuto.l.tutor petitus,§.i.& de teſtamē.tut. l.qui tutelam.&.C.de lega.l.penultima in fine. Forſitan diceret quis,nil ad ſcribendum culpæ, ſeu negligentiæ matri. eo quòd non agnouit tutelam filiarum, quaſi nulla bona viderentur ipſarum adminiſtranda in tutela.cum non niſi in certa quantitate inſtitutæ hæredes ſupponūtur a patre pro ipſarum dote:& per conſequēs
6 ſub condictione illa vulgari ſi nupſerint.† Cum dos non poſſit eſſe ſine matrimonio:iuxta plenè ſcripta ꝙ Cy.C.de nupti.l.ſancimus,& ꝙ Bar. ff.de condic. & de non.l.titiò centum.§. finā. quo fit vt petitio ſaltem efficax huiuſmodi relictorum,de lata videatur in tempus futurarum nuptiarum.antea ergo,nil videtur poſſibile adminiſtrādū ī tutela ipſarū filiarū:meritò in vanū videtur illud diſputatum cōtra matrē ꝙ ſe facit relictorū legatorū mariti,īdignam ꝙ nō ſuſcepit tutelam ſibi iniunctā in fine teſtamenti.Cæterū ad hoc multipliciter poteſt reſpōderi, & primū,
7 quia cum eſſent illæ filiæ quatuor vel pauciores ex ſubſtantia defuncti triens † hodie eis debet iure legitimæ ſibi debitæ iure naturæ. vt in authen.de trien.& ſemi.§.i.& legitur.C.de īoff. teſta.auth.nouiſſima. Vnde quāquam illæ filiæ fuerint tacitatæ in certa quantitate ea lege ꝙ non poſſent vltra petere.Nihilominus inuito
8 teſtatore † qui non poteſt liberis ſuis legitimā diminuere: eiſdem filiabus ſuppletur vſq; ad legitimā,vt in auth.vt cum de appel.cogno.§.cæterum.quæ legitima quoniam grauamē conditionis nullatenus in ea poteſt apponi: ſtatim mortuo teſtatore cæpit deberi.vt.C.de inoff.teſta.l.quoniam in prioribus. &.l. ſcimus.§.cum aūt.eo.tit. Et idcirco ſtatim patre mortuo cęperunt illam talem legitimā habere ſuo in patri-
9 monio ipſæ filię † aſcedentē vſq; ad tertiā partē vniuerſorum bonorum paternorum.tum miniſtrabilium in tutela ipſarum filiarum. Et ſic non obſtat.argumentum.factū ſtatim in aduerſum: debuit enim in obſeruantia boni teſtamenti, ſtatim agnouiſſe tutelam filiorum.& a iudice impetraſſe adminiſtrationis decretum.facto inuentario. In quo præcæteris illud debuit ponere,ſcilicet quòd habebant in bonis præſentialiter ius conſequendæ legitimæ ſuæ eis debitæ iure naturæ ſuæ,quinimo & ſi legatum remanſiſſet conditionale nec potuiſſent ipſę filiæ ſupplemē tum legitime aliqualiter petere, forſitan exiſtēte earum fratre maſculo, qui cōmuniter ex ſtatuto terræ ſolet ſororibus præferri ſolo cum
10 onere ipſas dotandi.† Quo caſu vacante ſupplemento legitimæ nil aliud deberēt habere illæ filiæ niſi relictum dotis nomine.ſub futuri matrimonii cōdictione.vt refert Bar.ī d.l.titio cētū.§ fi.plenè & Cy.vbi ſupra. adhuc præſentare quòd materque(vt præfertur) tutelam non acceptauit: ſe indignam redidiſſet ſibi relictorum a marito.Cum & dicto caſu, ſuo in teſtamento voluiſſet illam matrem tutelam accipere omnino.quòd optime potuiſſet ad ſcribendo in inuētario ſaltem illa legata condictionalia.quo & aliter ad argumentum.factum ī contrarium patet ſolutio.Rurſum & ſi tutelam agnouiſſet iuxta defuncti iuditium:adhuc illud non eſſet omitendum.quòd ex quo tranſiuit ad ſecundas nuptias nō debet in huiuſmodi lucris matrimonialibus aliquid plus habere,quā vſufructum:proprietate illis filiabus reſeruata.matre mortua.vt.C.de nupti.l.feminę oī interdicta facultate ipſi mulieri de illis bonis alienādis vt ibi. Porrò circa vltimū

mũ illud non haberet dubium ꝙ si secundus maritus prædecederet, & vxor postea: succederet filiæ in capita. etiam si exarent liberi secundi matrimonii. secundum iura vulgaria. At præmortua muliere in secũdo matrimonio superstite marito, si forent liberi secũdi matrimonii. Idem quòd supra. saluo quòd in parte liberorum secũdi matrimonii: maritus haberet vsufructum tam iure Romano quam municipali. sed si non remanerẽt liberi secũdi matrimonii. imo dũtaxat extarent filiæ supradictæ in toto vel in parte: illud non est omittendum, quod antedictum statutum non habet clausulam derogatoriam iuris cõmunis. sicut habet statutũ tridonense, vnde in dubio † per talia statuta simpli-
11 cia nõ intelligitur recessum ab illa lege Romana: de qua. C. de secun. nupt. l. hac ædictali. imo saluum remanet ius liberorum primi matrimonii, qui veniunt dicto casu cum marito: & in capita. præsertim vt scribit Iacob. But. in d. l. hac ædictali in lectura, & si non reperitur in recolta quem refert Bal. ibi. & mouet ratione tali. Quia
12 mulier † volendo antecedens: idest dando i dotem, videtur velle & cõsequens idest lucrum viri, & consensus talis est prohibitus per. l. illã hac
13 ædictali. † Nam prohibitus alienare: debet facere & curare ne per legem alienetur. ergo debuit illa non constituere hanc dotem vltra modum, vt. ff. de verbo. oblig. l. si ita. §. ea. l. vbi de hoc in glo. Item istud lucrum nõ est immediatè per legẽ, sed mediate facto hominis procedit: & reputatur alienatio mœra legalis. ff. de pact. l. itẽ qa: cum si. vt d. l. hac ædictali refert Bald. dicens & dicit dominus Fran. de Aretio. quæstionem istã disputasse: & partem illam tenuisse. & ego disputaui in hac ciuitate, & ita tenui. & semper sic vidi seruari, vbi statutum introducit simplex lucrũ mariti absq; clausula derogante iure cõi.

ideoch fratc de Albergot.

SVMMARIVM.

Si Princeps concedat saluum conductum, pro cõducendis rebus per territorium suum: nunquid trahatur ad territorium guerriatum, & postea quæsitum per eum?

1 *Si Princeps concedat saluum conductum pro conducendis rebus per territorium suum: nunquid trahatur ad territorium guerriatum, & postea quæsitum per eum?*
2 *Verba salui conductus, & si generalia, & infinitè prolata sint, an ad sui territorium restringantur?*
3 *Factum alienum an quis promittere possit?*
4 *Verba quãquam generalia: restrictiuam interpretationem recipiunt.*
5 *Verba imperſonaliter prolata: quàmuis generalia & uniuersalia: restringuntur.*
6 *Quodlibet bellum inuicem publicè indictum: est licitum, secundum consuetudinem dominorum lombardiæ.*
7 *Quæ in bello licito capiuntur: utrum capientium fiant?*
8 *Quis cum aliena iactura locupletari non debet.*

CONSILIVM. XII.

IN IESV Christi nomine Amen. In facto ꝓponitur. Quòd fœlicis mœmoriæ. Illustris d. Theodorus Marchio Mõtis Ferrati, iformatus, ꝙ illustris tãquã filius suus honorãdus dñs Dux Mediolani &c. vigore certarum conuentionũ existentium inter ipsum, & Nobiles viros Iacobum de Auria, & Iacobum Iustinianum ciues Ianuę: tenebatur eidem Iacobo, & Iacobo, pro sese. suis sociis, fa-
1 miliaribus † iuuenibus, negotiorum gestoribus bubulcis mulatteriis, denariis, mercibus, & rebus, & pro certa quantitate salis. quam ipsi Iacobus, & Iacobus tenebantur facere conduci. de Ciuitate Ianuæ ad ciuitatem Papiæ: concedere fidãtiam, ac plenum & liberum validumq; saluum conductum, requisitus per eundem illustrem dominum Ducem Mediolani, quòd eisdẽ Iacobo, & Iacobo, pro sese & aliis prædictis, tã pro itu, quàm pro mora, & reditu, vellet etiam similem saluum conductum concedere. Dictæ requisitioni complacere volens: cum guerram haberet cum ciuitate Ianuæ, quæ tunc terram, & Castrum taioli tenebat, & per eum ipsi Domino Marchioni guerram faciebat. Eisdem Iacobo, & Iacobo, ꝓ sese, suis sociis, iuuenibus, familiaribus, negotiorum gestoribus bubulcis, mulatteriis, & cõductoribus dicti salis, deferẽtibus literas dicti salui conductus: & pro dicto sale ac etiam mercibus, denariis, rebus & aliis arnesiis quibuscũq;, concesit atq; dedit liberam fidantiam, ac plenum & validum saluum cõductum: tam pro itu, quàm pro mora, & reditu (vt præfertur.) Mandans quibuscunq;. Capitaneis, gẽtibus, armigeris, equęstribus, & pedestribus, ac subditis suis, & adhærentium & colligatorum suorum, ad quos literæ cuiusdam saluicõductus peruenerint: quatenus literas ipsas fidãtiæ & salui conductus, inde ad certum tempus firmiter valituras obseruarent: & facerẽt inuiolabiliter obseruari. Cõtingit autem, quòd defuncto præfatæ Fœlicis mœmoriæ. Illustri. Domino Theodoro, & durante dicta guerra, dictum Castrum & terra cum certa quantitate salis, quæ in dicta terra erat: & quæ ibi steterat mẽsibus quatuor, & pluribus. & quæ quãtitas superauerat ex acernis salis de quibus erat facta & dietim fiebat dispensatio in partibus circunstantibus. Dictum commune, & homines taioli, tradiderunt. Magnifico Theremo. adurno: considerantes potẽtiam & exercitum præfati Illustris domini Marchionis. Nec non præfati Magnifici. & potẽtis domini Theremi, esse circum circa dictũ locũ, cum armigeris, peditibus, sarcinis, arnisiis, bom-

bardis,& omnibus aliis ĩstrumẽtus, & artifitiis op ortunis,pro capiendo dictum locum.& multò fortiorem. Cupientes quoq;, quòd locus ip se, ab incẽdiis,violentiis,seu robariis exercitus an tedicti,conseruaretur illæsus:à quibus fugere nec euadere potuissent:nisi Castrum illud præfato Magnifico. domino Theremo tradidissent: seu d. Bonifacio adurno fratri suo, pro eo. Quã quidem traditionem feceruut pro cõseruatione antedicti loci,&c.& sub certis pactis & conuentionibus,& per publicum instrumentum:& præcæteris,cum pacto, quòd præfatus Dominus Therenus teneretur & deberet gubernare, & conseruare cõmune,& homines in eorum ve teribus,& antiquis cõsuetudinibus &c. & quòd omni anno mittere debeat potestatem vnum pro iure reddendo &c.Item quòd teneatur cõseruare cõmune & homines indemnes pro certa quantitate salis quod tunc erat ibi.Quæ omnia firmata iuramento dicti domini Bonifacii fuerunt:& ẽt celebrata volnntate, & mandato. præfati illustris domini Marchionis. licet illud mandatum & consensus iterceſſerit tpe quo dictum cõmune & homines erant ad manus dictę ciuitatis Ianuæ.Postea verò prælibatus illustris dominns Marchio, eiusq; officiales habuerunt de manu dicti domini Theremi(eadem guerra durante)ipsum Castrum,terram,& certam quãtitatam salis,quod in dicta terra erat:& steterat vt supra. quod sal in continenti venditum fuit circunstantibus. Modo requirũt dicti nobiles, quòd præfatus illustris dominus Marchio, eis restituat partem eiusdem quantitatis salis, seu prætium ex eo:quia dicũt,quòd pars dictæ quãtitatis salis erat ipsorum nobilium,& ad eorum instantiam,transducta,à Ianua taiolum:& quòd ibi morabatur vt inde duceretur Papiam:iuxta prædictas conuentiones, quas habebant cum præfato illustri domino Duce Mediolani & cõ sequenter quòd vigore dicti saluiconductus eis restitui debet.

Hinc quæritur,vtrũ dicti Nobiles de iure valeant prætendere dictũ saluũ conductũ eisdem fractũq;,fidẽq; ruptam,ex eo saluocõductu aliàs eis datam:nisi ipsis restituatur ipsa salis quantitas,seu prætium. An verò cum bona iustitia dici valeat,vigore dicti salui conductus ipsum dominum Marchionẽ nullatenus teneri ad ipsius salis,seu prætii restitutionem:eamq; restitutionem sibi licere protinus denegare:absq; periculo saluicõductus & fidei,vllatenus nõ ruptæ?

Quod vltimum ꝑcul dubio videtur dicẽdũ: eo ꝙ vigore dicti saluicõductus dũtaxat teneret de ipso sale nõ accipiẽdo, nec vẽdẽdo vel aliter in suos vsus conuertendo, nec etiam conuerti, seu tolli permittendo quomodolibet per suos, seu adherentium,vel colligatorum suorũ.quod per ipsos nobiles, aut pro eis semel.conductũ fuisset super territorio dicti domini Marchionis imo quòd permitteretur super suo territorio liberè transiræ & absq; aliquo impedimento sui & suorum etiam armigerorum, ac adhærentiũ vel colligatorum,quasi super territorio suo itelligatur suum promittere factum,& aliorum omnium: quos prohibere potest.Non autem promittere intelligitur,& se obligare,de territorio alieno,præsertim guerriato per eum, & suos,ali
2 os q; eius adhęrentes vel colligatos.† Et si verba salui conductus sint generalia,& indefinitè prolata,nec ad suum territorium restricta.argumẽtum optimè ad propositum.ff.de verb.oblig.l. stipulatio ista bene licere.in princi.vbi quãuis stipulatio illa bene licere sit generalis, & indeffinitè prolata:ac in rem, & simpliciter concepta: taliter quòd eorum verborũ cortice inspecto, contineat vt habere liceat nec per quenquam omnino fieri,quominus habere liceret.quæ res facit vt reus videatur promisisse per omnes futurum, vt habere liceat.Vnde alienum factum vi-
3 deretur promisisse.† quia tamen alienum factũ. nemo potest ꝑmittere.verba illa quãquam ge-
4 neralia † interprætationem restrictiuã recipiũt. vt non videantur promisisse nisi pro se, & hiis quos potest prohibere:vt in proposito super territorio suo.quod optime concludit tex.& in.§. sint quis dolũ.ea.lege vbi verba imꝑsonaliter
5 prolata.† puta dolum malum abesse: quãquam sint generalia,& ad omnes vniuersaliter cõprehendendos habilia, restringuntur tamen ad personas, & territoria suas & sua, quos prohibere possunt, & optimè ad propositum etiam habemus tex.eo.tit.l.inter stipulantem in prin.cum si.quo fit vt pro illo sale, etiam si per ipsos nobiles Iacobum, & Iacobum,conductum fuisset ad dictũ locum taioli, qui erat de territorio ipsius cõmunis Ianuæ præsertim guerriato: quòd in illo loco non tenebatur vigore illius saluiconductus,nec de facto suo,neq;suorum,nec adherentium vel eius colligatorum,quasi, vt præfertur, non fuerit data fides in eo saluo conductu de sale conducto in illo loco.Vnde absq; periculo fidei ruptæ,licuit sal illud de manu Theremi accipere,& statim vẽdere: veluti fide minime.vt præfertur,data pro aliquibus factis quomodo libet gestis in illa terra.De saluo conductu igitur ru-
6 pto improbè conquæruntur.† amplius inspecta consuetudine dnorum Lombardię seruantium, & reputantium quodlibet bellum inuicem publice indictum,esse licitum.Cum tunc locus ille deuenisset supradictis ex pactis.admanus ipsius nobilis Theremi:& per eũ illa in guerra captus. Sal suum quodam modo videtur statim factum
7 † cum ea quæ in bello licitò capiuntur capientium fiunt.vt.ff.de acquir.re.dom.l.naturalem. §.fi.&.l.transfugã.eo.tit.& de acquir.poss.l.i.§. i.& instit.de rerum diuis.§.item ea quæ ex hostibus Capimus &c.quo fieret si sal effectum nobilis Theremi dicere liceret:quòd proculdubio nedum Illustris dominus Marchio liber foret a saluo conductu.quim imo nec tenerẽtur ipsis

nobilibus

nobilibus aliquo alio modo.ex quo habuisset datum & donationem de ipso sale a domino.Et si dicatur, imo quoniam prælibatus Illustris dominus Marchio causam habuit de illo sale lucrativā:& consumptū est.ita quòd ad illud sal.actio
8 nequaquam supereſt.†in subsidium tenetur ad prætium condictione ex lege illa.si seruum eū. ff.si cert.pet.ne cum aliena locupletur iactura. vt ibi in litera.& etiam actione negotiorum gestorum.ff.de neg.gest.l.fi.& quod legitur.C.de rei ven.l.mater.argumentum.etiam.ff.de distr. pig.l.rescriptum.§.i.in litera ibi.quantum verò dominum rei.cum.glo ibi in verbo tenetur.Ad illud faciliter respondetur eo supposito, quòd sal velut captum in bello licito, desiisset esse in eorum nobilium dominio: & fuisset quæsitum nobili Theremo.|& consequenter post modum ex donatione in ipsum illustrem dominum Marchionem translatum fuisset dominium. Nam tunc vendidisset quòd suum erat.nec locupletatus esset cum aliena iacturam & &c.Sed nec illud est omittendum ad clarius euadendum illū saluum conductum:quod reperitur concessum demū illas salui conductus literas deferentibus. & ita mandatur quibuscūq;.Capitaneis, gentibus, &c. ad quos præsentes peruenerint.i.salui cōductus literæ fuerint præsentatę. Ita quòd quoniam eo tunc cum nobilis Theremus cum suis gentibus & etiam armigeris illustris Marchionis de voluntate cōmunis & hominum ingressus fuit Castrum illud:& sal quoq; habuit ab ipsis cōmuni & hominibus sponte illud sibi relaxantibus.Ad eum nobilem Theremum non deuenerint illæ literæ saluiconductus: nec facta sibi fuit fides aliqua de illo sale quòd fuisset illorum nobilium,& ibi per eos repositum,vt conduceretur Papiam. etiam si nominatim in ipso saluoconductu fuisset fides data pro ipso sale: per ipsos nobiles etiam ad illud Castrum conducēdo,(vt pfertur,)Nihil omnino potuit,nec potest imputari dicto nobili Theremo,nec præfato illustri domino Marchioni causam habenti ab eo:quia non debuerunt diuinare sal ipsorū fuisse.Amplius non seruarunt illi nobiles formā saluiconductus.faciēdo sibi incumbentia prius. vnde conqueruntur improbè de aliqua fide per ipsum illustrem dominum Marchionem rupta, & non seruata. Sed quæri debent tantummodo de se.

De primo igitur ad vltimum illud est clarum:q illi nobiles nil possunt prætendere,propter huiusmodi saluūconductum.

SVMMARIVM.

An venditio facta vi vel metu tertii valear.

1 *Venditio ui uel metu tertii facta:an teneat?*
2 *Proprium legis ciuilis & honorarię quid sit?*
3 *Liberi a parentibus: & econtra:inoffitiosè exhęredantes fuerint dementes & furiosi?*
4 *Color furoris per legē repræsentatus: reputatur ueritati similis.*
5 *Captiui morientes apud hostes, reputantur retro mortui:usq; præambula captiuitatis hora,& per consequens creduntur mortui, & ad testandum idonei.*
6 *Captiui ab hostibus reuersi:iure postliminij, reputātur in ciuitate semper fuisse.*
7 *Lex quando fingat stipulationem dotis non promissæ: interuenisse,ne mulier in dotata remaneat:& uir onera matrimonij sustineat.*
8 *Prætor quando capitis diminutionem rescindat?*
9 *Vbi deficit natura agendi,& subest æquitas auxilij præstandi:solet tunc in defectum actionis,prouideri de offitio iudicis,nobili.*
10 *Iure prætorio,olim intra annum, hodie intra quadriēnium:quis res usucaptas consequi potest.*
11 *Læsis facilitate ætatis.deest tam contrahendi,quam malefaciendi materia ad obligandum & contrahendum necessaria.*
12 *Iuris prætorij fictio in minorum fauore.*
13 *Prætor ex malesitio doli, uel metus,nasci personalē actionem,& exceptionem non sinit.*
14 *Dolum uel metum passus. plures habens agēdi uias utram uoluerit: eliget, quāuis una per alteram, electione tollatur.*
15 *Homicidio doloso competit actio de dolo.*
16 *Actiones de dolo,& metus causa,sunt ex maxima: æquitate prætoris inuentæ in subsidium.*
17 *Occupantes cōmunitates, uel aliena loca,& dominia præter domini uoluntatem:dicuntur tiramni & talia usurpatiua dominia propriè tiramnides appellantur.*
18 *Populus an Ducem sibi eligere possit propter Imperatoris absentiam?*
19 *Imperator, uel alius inferior, iustum titulum ab Imperio habens: patiens aliquam reggere: non quia bene:sed quia ipsum expellere non poterat,ille proprie tirannus dicitur.*
20 *Populi qui alterius iurisdictioni,sub fidelitatis iuramento subsunt: an possint in alium iurisdictionem prorogare:domino non consentiente?*
21 *Dominium tirānide:uel benefitium intruso:an præscribantur?*
22 *Princeps an salua iustitia: concedere possit castra per alios inuasa:tertio pertinentia?*
23 *Gesta tempore tiramnidis an ualeant, uel non.Et quid si cum ipso tiramno contractum fuerit?*
24 *Expulsi a tiramno:si ab eo citantur, an comparere teneantur?*
25 *Si quis intrusus in iniustum carcerē: ad detinentis cōmodum aliquid fecerit:utrum illud meticulosū, nullum,& inualidum dicatur?Et quid si captus a latronibus idem fecerit?*
26 *Carcer quāquam publicus,& licitus, dicitur mala mansio:& corporis cruciatio.*
27 *Accusatus de crimine: & in carcerem per iudicem intrusus: ut: criminis confessionem extorquæret:*

Utrum talis confessio reputetur facta in tormẽtis: & an ualeat, si ĩ ea perseueret, metu nõ cessante?

28 *Detentus in publico carcere: an licitè cum detinẽte contrahat?*

29 *Carceratus, & non condemnatus, an seruus fiat & ad contrahendum idoneus?*

30 *Differentia inter iustum publicum, & iniustum inlicitum carcerem: quæ sit: & in.nu.31.*

31 *Iudicis metus an iustus sit?*

32 *Quando contrahitur: si res in se metum habent. an interest quòd emptor sciens, uel ignorans fuerit?*

33 *Carceratus extra: carceres ductus: & quando uerè solutus intelligatur?*

34 *Res, iuris intellectu, ĩ bonis eius esse uidetur qui uim passus est.*

35 *Metus, ut plurimum, habet in se ignorantiam.*

36 *Venditor si propter emptorem, bonorum consequũ tur sit: æquũ est emptorem liberationem consequi.*

37 *Quilibet: ad quem ex metu cõmodum peruenit an actione quod metus causa teneatur?*

38 *Effectus semper proximæ non remotæ causæ tribuẽ dus uenit.*

39 *Apud tiramnum est mala mansio.*

40 *Actori incumbit onus probandi.*

41 *Existens in carceribus: cum constituere possit procu ratorem ad uendendum bona sua, pro eius liberatione: an multo magis, possit & ipse uendere?*

42 *Cuilibet inter uiuos: conceditur donare uniuersum eius patrimonium.*

43 *In dubio, creditur facta donatio tantum modo bono rum præsentiũ: non futurorum. Et ideo in futuris durat testandi facultas.*

44 *Quæ de nouo emergunt: nouo indigent auxilio.*

45 *Quotiens presens causa status indicat quid cito futurum: optimũ legis consilium est: ut aduersus il lud sit consulendum, & apponendum remedium.*

CONSILIVM. XIII.



IN IESV CHRISTI noĩe Amẽ. In facto proponitur, quòd. B. de Campise Papiæq; ciuis ĩ emphi teosim cõcesit certum affictũ, proprietates quasdam, pro certa ficti annui præstatione. I. de curte. qui & si nunq̃ illud annum: Semper tamẽ tenuit dictas proprietates. Sed contingit quòd tempore sachomanni. Pap. B. fuit captiuus. l. de beccaria. Qui. l. præuiis multis & diuersis tormẽ tis ac ruinis, coegit dictum. B. captiuum suum redemptionem facere ducatorũ. iiii. c. in auro. pro cuius tale reparatione, conuocatis amicis suis & affinibus: habuit. B. inter certos. I. de Cãse, cui vendidit nedum dictas proprietates (vt præfertur) in emphiteosim datas, iure sui directi dominii, cum iure exactionis non soluti canonis antedicti contra alterum. I. de Curte. qui nimo & quãplures alias terras sedimina & bona, tunc pleno iure pertinentia dicto. B. pretio ducatorũ. vii. c. vsq; de anno. Mccccxi. die. xxviii. mensis Ianuarii, per publicum documentum. Postea verò eodem anno, die primo mensis Septembris. I. de Campise vendidit tãtum modo ius ficti prædicti, tam temporis præteriti quam futuri præstãdi, (vt præfertur,) per dictum. I. de curte, & prædictas proprietates ex quibus præstabatur fictum prædictum iure dicti directi dominii dicto. I. de curte, pro prætio & mercato ducatorum. cccc. aduersus quẽ & eius bona cõpetebat ius exigẽdi ficta pterita. Deinde eodem anno die. xxv. mensis Nouembris. I. de curte in infirmitate, de qua decesit: nedũ illas proprietates, vt præmittitur, emptas: quinimo vniuersaliter alia omnia bona sua mobilia & ĩmobilia, & nomina debitorum quæ erãt multo maioris prętii, quàm illæ proprietates fictum reddẽtes. (vt supra) donauit inter viuos suprascripto. I. de beccaria. Qui. I. de hiis omnibus bonis donatis, mortuo tamẽ iam dicto. I. anno sequẽti viii. mensis Februarii. dũtaxat bona dicti tũc quondam, I. existentia in loco cornalis, vendidit. Cocio de curte prętio ducatorum mille retentis hiis sibi (vt præfertur) donatis. Vnde hęredes ipsius. B. petũt proprietates in primo in emphiteosim datas huic vltimo emptori illas detinẽti, & pro fictis pręteritis nõ solutis: petũt alia bona dicti quondã. I. de curte finaliter vẽdita dicto Cocio: & obligata pro annua ficti præstatione non soluta. Prætendentes, quòd prima vendi
1 tio ipsius. B. effectualiter non tenuit. † primum quoniam venditor illam venditionem per egit per vim mętum & minas dicti. I. quæ verisimiliter cecidissent in quemlibet constantem virum Item quoniam fuit instrumentum venditionis simulatum. Cum emptor foret persona ad modum pauper & impotens ad exbursandum tantam pecuniam. Item prætenditur, quòd. I. de cã pise alias cum cõueniretur fictitiè ad dictũ prętium à suprascripto. B. confessus fuit coram iudice se nũquam illud prætium exbursasse. Secũdo principaliter contenditur, quòd saltim non tenuit secunda venditio facta. I. de curte: velut proculdubio meticulosa. psertim ex eo, quòd finaliter. I. de curte. bona omnia, donauit supra scripto. I. qui vim & metum intulit. B.

Hinc primum quæritur, ne hæredes ipsius. B. possint consequi bona vendita per ipsum. B.

Secundo an auocare valeant etiam alia bona. I. de curte, velut obligata propter illa ficta præterita?

Et primum arguendo pro hæredibus, opor-
2 tet euidentialiter præmittere † quòd illud est proprium cuiuslibet legis, nedum ciuilis, sedet honorariæ, quomodolibet læsis sub congruẽtibus coloribus prouidere, ac per omnia respondere. quemadmodum si color ille omni niteretur veritate. Atq; ne res extraneis egeat: paucis agam. & primum ciuilibus, deinde prætoriis.
3 † Quotiens enim liberi à parentibus, vel econtra, inofficiosè exhæredantur, & consequenter

postpositio pietatis officio,enormiter lædũtur. Illo colore seruantur illæsi:quasi exhæredantes fuerint furiosi:& dementes.q̃uis re vera hominum sanæ mentis fuerint eorum iuditia.vt.ff. de inofficio.testa.l.hoc colore.& instit.eo.ti.§.i.&.l. nam & hiis in fi.&.l.qui repudiãtis.§.i.a d fi.&.l mater in litera ibi.quasi furiosi.Ad eò vt relicta ex eo testamento,minimè debeãtur.& si ab intestato repetantur, velut relicta à furioso.ff.de leg.iii.l.patronus .§. vlti. & de inoffi. testa.l.tritia.vltimo in verbo.Nec.n.verè furiosus potest etiam ab intestato legare.ff de iure codicil.l.ii. §. furiosus. &.l.nec codicillos.C.de codicillis,

4 † Color igitur furoris repræsentatus per legem veritati reputatur similis.in tãtum quòd & si re vera valeat testamẽtum inofficiosum: quoniam tamen illa colorati furoris repræsentatio, illud infert,nullum omnino, & hæreditatem repræsentat delatam ab intestato,& exhæredatus parentis hæreditatẽ agnoscendo iure ciuili , puta solo animo adeũdo, vel prætorio, bonorũ possessionem saltem iudicialiter agnoscendo,quẽadmodũ si veraciter esset nullum . habet statim ipso iure petitionem hæreditatis ab intestato ex causa de inofficioso, & taliter agnoscendo: consequitur hæreditatem illo solo vnico iuditio. Aliter tamen inquit cõmunis, Doct.& glo. cum Py.& si prius dictum sit verius ac magis cõforme rei & legibus. quod etiam tenuit, Guil. Glosator antiquus.vt refert. Acur.C.de inoffi. test.l.i.motus &.l.illa, & argu.l.qui de inoffi.ff. de inoffi.testa.&.C.eod.titu.l.si quis filium.Sed nunc omitto,velut impertinens nostro proposito.plenius tamen illud tangit in d.l.qui de inoffi.& post glo,& Doct.plenissimè ibi exanimo in repetitione est & illud ciuile exemplũ in per

5 sonis captiuorum † apud hostes morientium: reputantur enim retromortui,vsq; præambula captiuitatis hora eoq; colore lex cornelia quoniã læsi fuere sine sua culpa:eis prouidet. vt credantur mortui non serui imo liberi.& per consequens ad testãdum idonei:& legitimas successiones relicturi. Et ideo eis succedit tam ex testamento,quã ab intestato,& reliqua consequitur per omnia,sicut si verè fuissent mortui hora illa captiuitatis præambula.quod & similiter statutũ est iure postliminii de talibus captiuis.

6 † quòd si fuerint ab hostibus reuersi reputãtur enim & in ciuitate semp fuisse:& sub eo colore taliter prouidetur eis de idẽnitate:vt super hoc leges sunt vulgares & aperte.Simile videmus in

7 dote.† ne contingat virum mulierẽ indotatam habere:& onera matrimonii sustinendo taliter sine dote læsionẽ incurrere . mulierem , quòq; ipsam locupletari iniquè,repũtat Iustiniana lex stipulationem intercessisse, quãuis non affuerit, vere.imo dos tantummodo promissa nudo pacto sit.quo ex colore prouidetur viro,de tali cõditione ex stipulatione,sicut si interueniset verè,vt.C.de re.vxo.actio.in prin.vbi pro authoritate licet in glo.videre quia sunt plures concordantiæ.quibus fingitur stipulationem interuenisse,& prouidetur ea ex affectione. Nempè de hoc est facile,nonnulla honoraria extra refer-

8 re,nam † prætor aduertẽs liberos emãcipatos, pariter vt suos sanguine parenti coniungi: vt eos seruet illæsos proximitatis nomine, rescindit capitis diminutionem.i. emancipationem,quo sub colore emancipatum filium,veluti sit in patris potestate admittit ad bonorum possessionem. vt.ff. de bono. possess.l. sed cum pattono.§.bonorum,& de bo.poss.contra.ta.l. iii.§.si emancipatus filius, in ver. non enim per rescisionem.ff. vnde.cogna.l.hac parte de suis & legit.&.l.item prætor.instit.de hęre.ab inte.§. emancipatus.Et alibi prætor ita permittit in rẽ agere,vt id actor dicetur se vsucepisse,quod nõ vsucepit.puta si cui ex iusta causa,res aliqua fuerit tradita:vt venditionis,vel simili,ipsius rei tamen dominus non fuerit effectus. Si enim casu possessionem amiserit.nullam enim habet directam in rem actionem ad eam consequendam: quia ita proditę sunt actiones iure ciuili,vt quisque dominium suum vendicet. Sanè quia durũ erat eo casu deficere actionẽ:inuenta fuit a prætore actio ĩ qua dicitur actorem rem vsucepisse:eoque colore ita vendicat suam esse , vt ad literam legitur instit.de actio.§.aliæ.Rursus ex diuerso,si quis rei publicę causa absit , vel ĩ hostiũ potestate sit,& rem eius qui in ciuitate est, vsuceperit,vel econtra cum non interuenerit sufficiens materia obligandi & agendi,puta contractus,nec malefitii imo sola æquitas subsidii præstandi,prouidit prætor taliter sine sua culpa læsis:de officio nobili iudicis,quo ĩmediate,cõse-

9 quunt rẽ vsuceptam.nec ĩmeritò † quoniam vbi deficit natura agendi,subest tamen æquitas auxilii præstandi.solet tunc in defectum actionis prouideri de officio iudicis nobili,vt.ff.de acti. empti.l.qui per collusionem , & de ann.lega.l. quintus in fi.extra de offi.iud.c.ii.cũ sim.& adhuc vltra permittit prætor , huiusmodi læsis, si possessor rei publicæ causa abesse desierit : vel ab hostibus redierit, rescisas tũc vsucapione ex ædicto,idest fictione habita ex eo ædicto, quòd nulla concurreret vsucapio sub eo colore:& ita ipso iure à mortuo prætore magis inhærendo

10 o literę,quàm glo.& Doct. † olim intra annum, hodie quadriennium , eas res taliter vsucaptas potest cõsequi & hẽre,& ita agere,vt dicat possessorem vsu nõ cæpisse:& obinde rem suam esse,vt instit.eo.titu.§.rursus.C.ex.qui.cau.maio.l. vlti.&.l. quod tẽpore.c.i.de resti.nulli.C.de rei vẽdi.l.nullo.&.C.de longi.tempo.præscrip.l.ab hostibus & de capti , & post limi.reu.l.ab hostibus captis de actio.& ob.l.in honorariis.§.at cũ rescissa.l.superuacuã.C.de tempo.in inte.resti.

11 Idem per omnia prouidit pẽtor † de læsis facilitate ętatis.qm enim & in his deficit tam contrahendi , quã & maleficii persistens materia aliàs

ad obligandum,& agendum neceſſaria. imo qa tantummodo bonum fuit & æquum illos minores in integrum reſtitui,voluit prætor eis conſuli officio iudicis nobili aduertens aliter ſeruatis ragulis non poſſe prouideri.ff.de mino.l.quòd ſi minor.§.fin.& vltra reſcindit geſtum cum ipſis minoribus.i.fingit nullatenus factum meri-
12 tò eis dedit † electionem, ne res ſuas perdant: vel cognitione prætoria.i. iudicis officio, vbi non oportebit probari de anteriori ipſius minoris dominio, vel reſciſſa ipſo iure ex ædicto alienatione,dato.in rem iuditio ipſas res conſequi & habere.vt eo.ti.l.in cauſæ la prima.§.interdum, quãuis glo.& Doct.ibidem conati ſunt deſtruere text.quod non fuerat eis neceſſarium ſi bonum habuiſſent intellectum.ad idem facit ꝙ adhuc Imperator inſti.de actio.poſt.§.illũ.rurſus immediatè ſubiicit in ſequenti.§.itẽ ſiquis in fraudem,de eo qui in frau.cred. rem ſuam alicui tradiderit. Nam bonis eius poſtmodum ex ſententia prẽſidis poſſeſſis permittitur ipſis creditoribus reſciſſa traditione a p̃tore mortuo: ideſt fictionem habita,quòd non fuerit ſequuta ipſo iure ſuo ex ædicto,eam rẽ petere, ideſt dicere eam rem traditam non eſſe:& ob id in bonis debitoris manſiſſe. Aliud quoq; exemplum faciens ad propoſitum noſtrum, denique licet inferre, de eo, quod metus cauſa vel dolo
13 geſtum eſt quocunque modo, † quòd prætor nedum ædixit ex ipſo maleficio doli vel metus, naſci perſonalem actionem, & exceptionem: quinimo ipſum. taliter retroactum reſcindit: & neq; ſequutum aliqualiter fingit.eaq ex fictione quaſi infectum fuerit, etiam vtiliter via antiqua,ipſo iure prouidit. Vnde dolum paſſus,vel metum, eligit quam.viam voluerat.quãuis electione, vna tollatur per alteram.vti de metu inquit tex.palàm.ff.quod met.cauſa.l.metu.§.violenti.&.§.ſequenti.&.l.ſi mulier.§.fi.& plenè legitur.C.eo.tit.in tex.& glo.in.l.iii.quòdq; & in malefitio doli licet colligere ex.l.ſi fideiuſſor.ff. de dolo. vbi cum principalis debitor adhuc non eſſet in mora & conſequenter hominis interitu
14 ipſo iure liberaretur.† & deſinente.obligationis ſubiecto,radicitus ſublata fuiſſet illa principalis obligõ.& in conſequentiam fideiuſſoria, & acceſſoria, quæ non potuit per ſe ſubſiſtere. iuxta vulgarem regulam.l.cũ principalis in ſub-
15 ſidium.ne admiſſa remaneant impunita † ex illo fideiuſſoris homicidio doloſo competit actio de dolo,& alibi,eo reſciſſo.ideſt prætoria fictione illo interitu habito pro infecto: vtiliter competit primæua actio.ff.de ſolut. l.ſtichũ aut pamphilum ad fin.prin.de verbo.oblig.l.mora.&.l. cum filius in prin.& de vſur.l.mora.§.fi.cũ ſimilicet(vt p̃fertur,)electione vnius,altera tollitur. nec abſonum eſt quòd earum concurſus admit-
16 tatur,† cum ſint ambę extraordinariæ:& in ſubſidium inuentæ à Prætorè maxima.ex æquita-
17 te † tam in metu,quam dolo,illo.ordine ſupraſcripto.& hæc forſitan eſt melior intelligentia legum in hac materia:quam diuinationum glo. & Doctorum. Eſt quoq; & ſecundario prouidentia notandũ q̃,ſi ciuitates quæ conſueuerũt regi,per Principes,Reges,Duces, vel Comites. alius vel alii ocupãt:accipientes ſibi dominationem contra.ſeu præter domini voluntatem,ille vel illi ſunt ꝓ priè tiranni.tex.eſt exp̃ſſus & notabilis. C.de ſacro ſan.eccle.l.decernimus.vſurpatiua ergo dominia,apellãtur proprie tirãnides.
18 adeo quòd quæri ſolet † an populus propter abſentiam Imperatoris poſſit ſibi eligere Ducem:ſicut faciunt Ianuenſes, & veneti?quòd nõ videtur: quia non eſt confirmatus à ſuperiore. vt in auth.de defen.ciuita.§.interim. Sed ex conſuetudine cum Imperator tolerat,& ſcit,potiſſimum propter bonum regimẽ eorum, cõmunis eſt opinio.quòd ipſi iuſtè dominantur.arg. C.de diuer.offi.l.viros lib.xii.& quod notatur per Doc.in.l.Imperium.in materia Imperii præſcribendi.ff.de iuriſdi.om.iud.& in auth.de defen.Ciuita.§.nulla in fi.magnæ.glo. præſertim cum illi Duces non ſint præciſe domini.ſed habent conſilia populi vel maioris partis, quo potius quãdam habent præeminentiam dignitatis
19 quam dominium.† ſi autem Imperator vel inferior dominus titulũ habens iuſtum ab Imperio patitur aliquem regere, non quia bene, ſed imo quia forſitan non poteſt eum expugnare. ille dicitur tirãnus propriè.vt d.l.decreuimus, &.l.omni nouatione.& ideo velut rebellis tam Imperii,quam ipſius inferioris domini tenetur læſæ mageiatis crimine (vt exempli gratia dici poteſt)de hiis qui (vt præfertur) intrarunt præſentem.p̃p̃.ciuitatem.publico ipſam ſupponentes ſachomanno.inuito tunc,& nunc ipſius Illuſtriſſimo Comite,& domino.vt.ff.ad.l.Iuliã ma.
20 l.i.&.ii.† Nam populi qui ſubſunt alterius iuramẽto fidelitatis.& eius iuriſdictione, vt Papien. populus, non poſſunt prorogare iuriſdictionẽ in alium iudicem,dominum vel populum, minus in omnino priuatum niſi domino ſuo conſentiente vt in libello feu.de pace iuramẽto firma.c. Imperialem.§.præterea in glo. quæ incipit,ſcilicet quia alias ſunt.Populi enim Lombardiæ ſub ſunt Imperio ſub fidelitatis iuramento,
21 per pacem conſtantię.ergo &c.† Nec poteſt dominium tirannide præſcribi.C.de decu.l.eum qui lib.x.habentes enim minus legitimę dignitatis ingreſſum,vel offitii,nunquam præſcribũt eo.tit.l.ſi quis detinere.Similem intruſo, quòd nunquam præſcribit benefitium.xii.q.ii.alienationes,in tãtum quòd inuadentibus caſtra:aliis
22 dominis pertinentia.† non poſſunt illa caſtra concedi per Principem ſalua iuſtitia, ſiue inuadentes ſint ſingulares perſonæ: ſiue cõmunitates.vt de fun.& ſali.l.ii.lib.xii.& ibi not. † ſolet
23 quoq; quæri de geſtis tẽpore tirannidis. valeãt vel nõ.& cõcluſio eſt ſive quæratur de ſtatutis, ſiue proceſſibus, & iuditiis vel contractibus & teſtamẽtis.

testamentis.vel prelatorum electionibus & simi
libus.quòd si statuit tirannus : non valent statu-
ta. est enim iurisdictionis statuere, & nullam(vt
ꝑfertur,)habet iurisdictionē.ergo &c.vt legitur.
ff.de iurisd. om. iudi.l.i. Quinimo nec valent
statuta populi facta ob tentu personæ tiranni,
quoniam præsumũtur condita metu impulsio
nis : & nimia ad tirannum reuerentia.ff.quod
falso tuto.autho.l.nouissime.§.i.& quarum re-
rum actio non datur.l.i.§.quæ onerandæ. Idem
est de processibus & iuditiis.dependent enim
talia a iurisdictione.vnde tirānus non potest ta-
lia facere.nec alius eius nomine,quòd si offitia-
lis haberet iurisdictionem à domino suo vel po
pulo:adhuc refert,fiant isti processus obtemptu
primi.tirāni. puta cōtra partē ab eo expulsam.
24 Et non valent.† nec illi citati, tenentur cōpare
re propter metum.extra. de re iudi.c. pastora-
lis in cle.not. in.c.statutum.extra.de rescrip.lib.
vi. Idem quoq; dicimus de contractibus.quòd
non valent gesta cum tirāno.proculdubio, si cō
trahens cum eo enormiter læditur : quia tunc
prẽsumitur dolus & impulsio iuxta.no.ꝑ Innoc.
Hostiē. Ioan.An. in excōmunicato not. extra
de exceptio.c.pia. Quibus etiam loculenter in-
fertur.contra tales, quòd priuatum carcerē &
iniustum peregerunt aduersus eorum captiuos.
quo crimen læsæ maiestatis cōmiserunt: & pœ-
nam mortis inciderunr.C.de priua.carce.l.i.&
legitur & not.ff.de adul.l.capite quinto.Vnde
cum ob illam incarcerationem tam in iustam,
tantam pœnā mererentur:absonum foret eum
istarum incarcerationum ratione, quæ ita ne-
quiter sunt factæ: quicquam consequi potuisse.
imo nil debet valere,quicquid seqnutum sit in-
de.arg.ff.de nego.gest.l.siue hæreditaria in fi.
Non igitur illud datum vēditum etiam ex hoc
capite sortitum videtur effectum.Cū in ipsum.
l.descendit totū emolumentū.i.ꝑtiū,eius.n.me
tu creditꝫ factū.eo ꝙ(vt ꝑfertꝫ)fuit suo ꝑtextu se
quutū,vt haberet ꝑtium:quāmuis.igitur taliter
incarceratus,non fiat seruus:nec ob id ad cōtra
hendum sit prohibitus.infringit tamē tales con
tractus iniustus metus(vt præfertur) præsum-
ptus.Præterea suprascriptis liquet illum captū
fuisse intrusum carcerē inlicitum:vt ab eo.L.ali
quid.ſ.pecuniā(de qua supra)extoqueret.quan
do autem fit intrusio in carcerem iniustum,ne-
25 mo dubitat † quidquid ad detinentis cōmodū
sit factum:velut iuris prẽsumptione,semper me
ticulosum in effectu inualidum: & consequēter
& ex ea parte, quòd ad nullum alium processit
effectū:nisi vt.L.cōsequeretur illius pecuniæ ex-
torquendæ intentum.vt hæc omnia habent ex-
præssim.ff.quod met.cau.l.penult. in verbo de-
trusit.quod sonat inuitum,& legitur, & ꝑ Bar.
nota.ff.de testa.l.qui a latronibus in princi.vbi
quāuis à latronibus captus remaneat ciuis Ro-
manus:& per consequens ad testandū idoneus,
non tamen valet quatenus factū est pro latroni
bus:eo quòd præsumitur metus.Rursum cōmu
nis est opinio.quòd interdum illa.l.penult. pro
cedit in carcere publico.puta cum quis talem
in carcere quē detrusit:vt metu huiusmodi ma-
læ mansionis,& sic cruciatus corporis, aliquid
ab eo extorqueret in licitè:si.n.illud extortum,
à detinente fuerat ob hanc causam.i.vt carcerē
euaderet: etiam vt prius, nullius est momenti.
26 † Est.n.carcer quāquàm publicus & consequē-
ter licitus:quando quis in eum detruditur non
ad custodiam,sed ad pœnam:causa aliquid in li-
citum ab eo extorquendi & cum comminatione
quòd carceres illos nunq̃ euadet, nisi prius eo
extorto:iustus metus.& talis,qui caderet in cō-
stantē virum,velut(vt præfertur)mala mansio,
& corporis crutiatio.idcirco continetur in ędi
cto,quod metus causa,vt dicta.l.qui in carcere
secundum hanc lecturam.argumentū ēt,eo.tit.
l.iii.§.i.nec non compræhenditur quæstionis
verbo.ff.de iniu.l.apud labeonem.§.quæstionis
&.ff. depos.l.si hominem in princi.Quāobrem
27 vult. Acur. in d.l.qui in carcerem † quòd crimi
naliter accusatus de crimine,si sit per iudicē in-
trusus in carcerem,vt extorqueret confessionē
criminis de quo accusatur:talis confessio repu-
tatur facta in tormentis : & ideo nil valet, nisi
cessante metu, in ea perseueretur: inducens.l.i.
§.diuus &.§.quæstioni.ff.de quęstio.& si positus
in carcere publico ad custodiam forte, seu pę-
næ nomine voluti vt nunquam exeat ab inde.
28 † nisi prius confiteatur vt supra,vel aliud inlici-
tum extorqueatur:si etiam tunc cum detinen-
te aliter contraheret licitè:inquit.Iaco.de Are.
eo casu, quòd talis contractus teneret in.l.qui
neq;.§.i.ff.de verb.signifi.eo quòd incarceratus
29 & non condēnatus non fit seruus.†& per conse
quens adhuc remanet idoneus ad contrahēdū.
Nec potest videri huiusmodi contractus metu
culosus:cum non fuisset ob id extorquendum
incarceratus.præsertim quando post talem cō-
tractum adhuc remanet intrusus . Nam non est
verisimile quem in vrbe compulsum &c. quo in
solo differt a carcere iniusto,vbi semper præsu-
30 mitur concussio.† quādo aliquid agitur de de
tinentis cōmodo. quinimo intrusus publicum
carcerem ob debitum exigēdum:quāuis ad pœ
nam,idest vt aliter non exiret nisi debitum sol-
ueret,datum in solutum pro eo debito valeret.
Cum & si per metum scilicet carceris videatur
31 factum,nil ad rumbū.† Quoniā iustus est iudi-
cis:metus ergo &c.vt.ff.qd me.ca.l.iii.§.i.itereſt
ergo multum,quis intrusus fuerit carcerem pu
blicum an priuatum & inlicitum(vt hic fuit fa-
ctum)cum isto nostro casu nil valet omnino ad
detinentis cōmodū velut semper meticulosum
quo data illarum venditionum videntur inuali
da in totum.quod ad maiorem declarationem
fuerat primitus probandū. Præterea & si in uen
ditione emptor nō intulerit mętum,imo alter.
32 nō interest † emptor fuerit sciens vel ignorans:

satis

satis enim est quod res in se metum habeat.C. quod met.ca.l.non interest.vbi optima glo.cõmuniter approbata. nam in alienum lucrum conuerti alterius metum non oportet.ff.quod me.cau.l.si eum.§.pedius.Quãquam igitur metus emptoris nõ interuenit:satis est quòd sit factum per metum.L.Nec curandum est quòd emptor ignorauerit.Deniq; non videtur.L.a mętu excusari:q; cõtractuũ tpe reduci fecisset vẽdito-
33 rẽ extra carceres. † si tũc fuisset nihilominus sub fida custodia:taliter q; nõ potuisset euadere, vt d.l.nec.§.i.de de verb.sig.& ibi p Ia.de Are. re,p batur.expræssim illa cautela cum ille demũ est solutus.Cui datur libera recedendi facultas.vt ff.de libe.ho.exiben.l.ii. & de acquiren.re.do.l. iii.in fi.&.l.vnica ĩ prin.& facit supra.ex qui.cau. maio.l.succurritur,&.l.in eadem & tenet glo.in d.l.qui nec vbi infert dicens quòd ergo interim promittit quasi in carcere sit, non tenet. Igitur de primo ad vltimum inspecto iure Romano: illud datum saltim effectu videtur inualidũ.Nec tenetur restituere prætium exbursatum pro talea in illum.L.quoniam non est versum in vendi toris cõmodum:eo quòd inefficax fuerat illud talęæs alienũ:velut meticulosum & violentũ, vt ad plenum legitur & habetur.C.quod me.ca. l.iii.in tex.cum glo.

Cæterum verius reor oppositum: Cuius gratia est notandum quòd metus iniustus aliquando est cã proxima & immediata contractus,& tunc in effectu contractus redditur inualidus:& competit ipsi iusto metui ex maleficio, nõ solũ in personam actio quòd metus causa aduersus delinquentem:imo vt primo in euidentiali vtilis in rem, aduersus etiam quemlibet aliũ pos-
34 sessorem,& si nil metu fecerit. † quia res in bonis eius videt iuris intellectu: qui vim passus dicitur, vt d.l.si cũ exceptione.§.pædius &.l.metum.§.sed licet tantum & d.l.ii.C.eo.tit.& ibi ad plenũ ĩ tex.& glo.ff.eo.l.ipsa res &.l.si cũ exceptione.§.aliq̃.Nã i hac actione nõ q̃rit,vtrũ is qui conuenitur,an alius metũ fecerit?sufficit enim hoc docere,metum sibi illatum. & ex hac causa eum qui conuenitur,& si crimine careret:
35 lucrum temẽ sensisse.† Cum enim metus vt plurimum habeat in se ignorantiam, mærito quis non astringitur,vt designet eum qui sibi adhibuit metum,& ideo ad hoc tantum astringitur, vt doceat metum in causa fuisse &c.vt ad literã legitur d.l.si cum exceptione.§.in hac ad eo,q; & si imediatus emptor neq; metus author fuerit,neq; particeps,imo alter ,ptinus extraneus, sciente emptore illo interdictionis tenore venditores impetrabunt vt id quod improbẽ factũ est:in priorẽ statum reuoluatur.vt.C.quod, me. cau.l.non interest.Et quod dixi sciente emptore subauditur ibi per glo. maxime . nam idẽ est vt inquit emptore ignorante re metu alienata superstite.sed re perempta,prodest ignorantia: quoniam liberatur interitu.vt d.§.alterii Accedat prædictis,quod legitur & per glo.no.in regula.ff.si quis aliquem testari ,phibue. licet glo. aliter & malè,secundum cõmunem opinionem in quæstione sabbatina.C. eo.l.ii. eoq; modo loquitur per omnia in aduersum iducta, tam in euidentiali.i.quàm.ii. At interdum metus iniustus vt talis qui caderet in quemlibet constantem virum:& si sit occasio, si remota non est tñ proxima & immediata:vt nostro ĩ casu.vbi.L.de beccaria metum intulit: vt eo modo iam dictã pecuniã extorquere potuerit, & illud finaliter intenderit.quo illum.B. de cãpise oportuit pro sua liberatione quoslibet amicos recurrere:eis offerendo de suis bonis vendere.illo tunc proxima & immediata talis vẽditionis cã nil aliud est quã liberatio a carceribus, non aliter obtinenda.idcirco est valida: velut facta iusta ex cã: tunc enim emptor quo magis venditores à potestate.L.liberaret vẽditionẽ accepit,ideo tenere nõ debet illo exædicto quod.me.cau.quia.L. & non ipse hãc vim submisit, imo opere potius suo mercedem videtur accepisse: vt ad literam legitur,& ĩ d.l.metum.§.sed licet.Nam & vt ibi-
36 dem per glo.æquum est. † vt si venditor bonũ propter emptorem cõsequutus est,idest liberationem:quòd verisimiliter & emptor consequatur remunerationem.Inducens optime pro cõcordantia tex.ff.de conditio.ob tur.causa.l.ite. §.fi.quæ omnia expræssius approbat. Acur.in eadem glo.in eo quod ad tex.oponit argumento
37 † quod quilibet tenetur actione quod met.cau. ad quem peruenit cõmodum ex metu,vt d.§.alteri. Quare ergo hic emptor nõ tenetur? rñdet quia venditionis proxima causa est beneficium, siue seruitium,quod fecit ob hoc quòd dedit,alia autem proxima causa metus est,quorum cui
38 dens est ratio † quoniam effectus proximè causæ semper venit attribuẽdus & non remotæ:vt legitur & per glo.not.ff.de dolo.l.cum quis, & dicto.§.& licet ĩ tex.cũ glo.facit quoq; quod notatur in.l.ii.in fi.ff.de donat.& de posthu.l.i.§.sexum.Accedat etiam.ff.de procur.l.pater i glo. fin. præsertim cũ emptor qui emit a dicto.B.foret sibi admodum coniunctus & dilectus ratione parentelæ:& sibi proximior ex illis de campise.vnde non est verisimile alio nõ apparẽte &c. vlloq; modo nec constat de aliquo metu illato per.L.in vendendo.sed cum ĩ se redimẽdo, & taleam redemptionis faciendo,& non vltra.Nec præsumitur facta:imo ei qui dicit onus probandi incumbit &c.secundum iura vulgata. maxime quando est verisimile dictum.B. venditionẽ sponte feciśe. Cum in hoc sibi cõsuleret optime vt manus tirãnicas illius.L.,pinde posset sta-
39 tim euadere.† apud quem creditur malam mãsionem habuisse. quas natura de properat posse
40 effugere.† Vnde qui dolum vel metum dicit: probare debet.ff.de probatio.l.quotiens.§.qui dolo.& de tribu.l.iii.in fi.C.de dolo.l.dolum.ff. de iudi.l.prætor.§.Marcellus.Quibus ex omnibus

bus ſatis colligitur ſolutio.omnium allegatorũ in oppoſitum illa duo euidentialia concernentium.Illa verò lex.qui in carcerem,quæ poſtmodum deducebatur in oppoſitum: magis facit. pro, quam contra, vt in glo.ſua.eam legem reſtringente tantum modo.ex tortis à detrudẽte vel eius participe. tale enim extortum ab incarcerato nullius eſt momenti: ideſt ſecundũ Bal. ibi efficatiæ nõ.n.addit carcer ad vim metus: vt actum reddat ipſo iure nullum, ſed in effectum. Propterea faterer,quòd non tenerent cõtractus ſi qui fuiſſent.cũ.L. de beccaria vel eius participe celebrati, non vt ibi per expreſſum dicitur in glo.in celebratis ab aliis qui non valent omnino, velut non aſperrimi metus vitio, pro quo inducit illa glo.tex.expræſſum: qui eſt noſtrę quæſtionis fundamentum.in d.l.metum. §.ſed licet.valet ergo indubitanter dicta vendictio facta dicto.l.non participi mali arg.etiam. ff.de nego.ge.l.nam & ſeruitus in prin.vbi col-
41 ligit Bal.ex glo.illius legis † quòd exiſtens in carceribus poteſt facere procuratorem ad vendendũ bona ſua pro eius liberatione:ergo multo magis poteſt per ſe vendere.vt inde valeat citius euadere.quo fit vt nec curandum fuiſſet quòd illa prima vendictio cum conſtituto in ipſa (vt moris eſt) inſerto, velut fidutiaria, facta fuiſſet(vt aſſeri per partem aduerſam videtur) nullo prætio recepto.imo dũtaxat habita fide de ipſo recipiendo ab alio emptore ſecundo, eum ſibi fieret ſecunda vendictio: quòd vt hæc omnia crederentur facta vt magis voluntaria videtur illa vendictio prima: in perſona parentis tam proximi facta fuit & celebrata.Nam & ſi ita fuiſſet nihilominus tranſlatum extitiſſet dominium in ipſum emptorẽ primum illarũ rerũ primitus venditarum.ff.de contrahen.emptio. l.quod vendidi & inſtituta de rerum diuiſio.§. venditæ & de tributo.l.procuratoris.§.penult. Et conſequenter de primo ad vltimum.fuiſſet etiam tranſlatum dominium,& nihil eſſet illi ſecundæ vendictioni contrarium, nec aliqualiter poſſet videri facta per metum:preſertim quoniã facta per alium qui nunquam intulit,nec paſſus fuit metum.Deniq; nil etiam nocet, quòd tandem deuenerit illa res vẽdita.ad.L.de beccaria, eo quòd non principaliter & de per ſe venit ad eum,neq; ob prius factum.imo cum vniuerſitate & in conſequentiam illius vniuerſalis donationis ſibi factæ ab illo ſecundo emptore, non illius rei de per ſe, imo vniuerſaliter ſuorum bonorum omnium.quæ quidem donatio inter ui-
42 uos facta, nullum in ſe continet vitium † imo cuilibet ĩter uiuos cõceditur donare vniuerſum eius patrimonium:vt pulchrè eſt expræſſum.C. de ſacro. ſan.eccle.l. iubemus.§.i. in litera ibi Aut certe inter viuentes habita largitate & ſequitur.ſiue donationis & ibi patrimonium ſuũ
43 &c.† in dubio enim creditur facta donatio.bonorum tantummodo præſentium, & non futurorum.et.ff.de auro & argen.lega.l.ſi ita.mæri to in futuris durat teſtandi arbitriũ ſecundum Bar.ff.de verbo.obliga.l.ſtipulatio hoc modo. Multa ergo tranſeunt cum vniuerſitate: potiſſimè tam exceſſiua, quæ non tranſirent per ſe.ff. de acquiren.re.do.l.quædam &c.præcipuè quoniam dicitur facta ex ſuperuenienti indignatione contra proximiorem parentem: ad quem
44 perueniſſet contra eius voluntatẽ.† Quæ enim de nouo emergunt:nouo indigent auxilio.maxime cum iam illo donationis tẽpore inſtabat infirmitas, quæ cito fuit ad morta donatoris. Vnde cum ſtatus tunc præſens,proximã iudicaret mortem, qua deſcendiſſent bona contra illius votum in illum proximiorem agnatum:ob id dũtaxat coactus fuit ad donandum vniuer-
45 ſum eius patrimonium.† Quoniam quotiens cauſa ſtatus præſens indicat quid cito futurum, optimum eſt legis conſilium: vt illud ſemper ſit ſpectandum, ac aduerſus illud conſulendum,& apponẽdum remedium .iuxta plenè notata de iſta materia per Bar.ff.de verbo.obli.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.Quibus multimodè enerua tur omnis ſuſpitio:nec ab exordio tituli,poteſt videri poſterior euentus formari.

Breuis ergo,& vera cõcluſio eſt:pro Cocio de curte.quòd nullatenus conueniri poteſt nec reſpectu directi dominii in illum.Iaco.de curte primitus realiter & verè tranſlati per vẽditionem factam ſibi per alterum.I.de campiſe bonorũ illorum omnium quæ tenebat:poſt modum abeo in ipſum Cocium vigore ſupraſcriptarum venditionum,neq; in aliis bonis quæ fuerũt pleno iure ipſius.I.de curte,pro fictis præteritis retentis,nec vnq̃ ab ipſo.I.de curte ſolutis ipſi.B. (cũ vt præfertur) illius venditionis per.I.de cãpiſe(vt ſupra factæ)in.I.de curte, etiã de huiuſmodi fictis, liberatus fuit ſtatim ab ipſis.Cũ.I de cãpiſe vẽdẽdo illi.I.đ curte ficta q̃ ipſe debuerat ſoluere:creditꝰ liberationẽ ab illis fictis ſibi vẽdidiſſe. & eum plenariè liberaſſe.iuxta plenè ſcripta ĩ tex.cũ glo.in ſimili.ff.de leg.i.l.ſi ſit ĩ.§. i.cũ ſimili.vñ ĩ totũ ſecurus eſt dictus Cocius.

SVMMARIVM.

Incantato datio,& deliurato:an noua prouiſio facta circa id datium, valeat in præiuditium incantatoris?

1 *Incantato datio,& deliurato, an noua prouiſio facta circa id datum: valeat in præiuditium incantatoris.*
2 *Verba quando ſunt clara:nõ voluntatis quæſtio eſt habenda.*
3 *Lex quanquàm dura ſit:eſt ſeruanda.*
4 *Dubitare de Principis poteſtate: eſt ſpecies ſacrilegij.*
5 *Sub diuiſione tollitur contrarietas pactorum.*
6 *Differentia inter actus continuos diſcontinuos.*

7 pater

7 *Pater, filiam cum adultero inuenctã debet vtrunq; vno ictu, vnoq; impetu occidere.*

6 *Modicum internallum multum facit.*

CONSILIVM. XIIII.

VPPOSITO quodam capitulo tenoris infrascripti super datio mercantiæ Ciuitatis Vercellarũ. Item quòd omnes & singuli vndecunq; sint tam ciues, quàm districtuales Vercellarũ, quàm homines alienę iurisdictionis, cuiuscũq; ciuitatis, vel loci sint in futurum pedagium soluant. videlicet tantũ persona, tam pro introitu, quam exitu ciuitatis. videlicet quòd si mercantia quam duxerit in ciuitate ibi vendatur: vel ematur mercantia in ciuitate, vel eam ducat extra ciuitatẽ: soluat pedagium (prout supra dictum.) & si mercantia fuerit minus somæ: soluat prorata illius mercantiæ pedagium (vt supra.)

Reperitur prædictum pedagium, seu datium, pro anno de Mccccxx. fuisse incantatum, & deliuratum per habẽtem bailiam. ab. I. d. d. nostro. cum pacto capituli suprascripti. quòd capitulũ
1 lã. antiquitus factum fuit. † nunc pro anno. Mccccxx. incantator prædicti datii requirit solutionem datii, seu pedagii, pro exitu occasione illarum rerum pro quibus anno proximo. solutum fuit datium pro introitu: nec nõ pro mercemoniis intra ciuitatem Vercellarum conductis, & ibidem venditis: quæ de nouo conduci volunt extra ciuitatem ad alienas partes p aliã diuersam personam, quam per illam personam quæ primum intra ciuitatem conduxit. Ex aduerso dominus rerum recusat velle soluere dictum pedagium: allegando quandam prouisionem postea factam, tenoris inferius anotati.

Prouisio facta super datio pdicto anno. Mcclxxxiiii. indictione septima per nobilem virũ dominum Gregorium de Gentilibus referen. ciuitatis prædictæ in generali consilio.

Item quòd de pannis vltramontanis & lombardis, ferro, & aliis rebus q̃buscũq;, de quibus solui debeat pedagium, siue curadia ad introitum: nullum pedagium nec curadia soluatur ad exitum. sed teneatur incantatores dare bullas gratis. Secundo allegat consuetudinem: videlicet, quòd iam. xxx. annis elapsis, ipsa occasione non fuit facta solutio. In oppositum replicat dictus incantator: quòd dicta prouisio sibi nocere non debet, quia non fuit cõfirmata per tunc. I. d. d. nostrum. nec etiam per nunc. I. dominum. d. nostrum. & ex hoc non est probata aliqua consuetudo. Supponitur etiam in facto, q̃ à xii. annis citra tempore quo. I. dominus Marchio tenebat & regebat prædictam ciuitatem: solutio facta fuit tam pro exitu, quam etiã pro introitu. Ex hiis quæritur quid iuris?

Et sub compendio omisso disputationis studio: Respondetur suprascriptum incantatorẽ, de iure posse petere pedagium: etiã pro exitu.
2 † quia cum verba sunt clara, non est voluntatis quæstio habenda. l. ille aut ille. §. cum verbis. l. non aliter. ff. de leg. iii. in. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. Sed i proposito per expressum vlti. in. c. suprascripto ibi tam pro introitu quã pro exitu ciuitatis &c. hanc solutionem fieri de
3 bere ergo &c. †. Quãm q̃ lex dura sit: tamen seruanda est. l. prospexit. §. qui & a quib. nec quisq̃ dicat istud nõ potuisse cõcedi inconsulcto principe. l. vectigalia. ff. de vecti. l. ii. & l. nõ solent. C. de vectigalibus. quia vt supponitur in themate suprascripto id fuit inductum a tunc illustrissimo domino nostro, & etiam de nouo ab infrascripto nunc illustrissimo domino nostro, cui iuxta eius priuilegia, hæc & maiora intelliguntur esse concessa. Et vt breuiter concludam de
4 eius potestate dubitare: † species foret sacrilegii. l. sacrilegii. C. de diuer. rescrip. nec obstat suprascripta prouisio: quia hanc potestatem non habuit, cum nec par in parẽ &c. multominus minor in maiorem, seu subditus in dominum. l. nã magistrarus. ff. de arbi. l. minor autem magistratus. de mi. & l. ille à quo. §. tempestiuũ. ff. ad trebel. cum simi. Præterea hoc videtur decidere in ris dispositio in. l. locatio. §. earum rerum. ff. de publi. Nec est verum quòd per dictum tẽpus sit p̃cursa aliqua p̃scriptio iuxta notata per Bar. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publica. & multo minus consuetudo inducta intelligitur maximè cum non appareat in hoc medio tempore saltem bis in cõtrarium fuisse iudicatum: iuxta ea quæ habetur per Cyn. i. l. ii. C. quæ sit longa consue. & in. l. de quibus. ff. de legibus per Bart. Circa propositam consultationem, illud quoq; mouet quæstionem, quòd datium antiquitus super huiusmodi datio mercãtiæ ordinatum, & iuxta eius continentiam, more solito, fuit. & pro præsenti anno deliuratum hoc datiũ simul continet tam primum capitulum, quàm & prouisionem suprascriptam. & consequenter illa datii deliuratio facta anno p̃senti more solito, secundũ omnia capitula illo in datio contenta, quæ omnia vice legis funguntur: & ab omnibus obseruantur. vt. ff. de publica. l. Cæsar videtur repugnãtiã iuicẽ cõtinere, qđ attinet ad modũ soluẽdi datiũ p̃ exitu: cũ tenor primi capituli arctare videatur cõductores mercantiarũ ad solutionem nedum pro introitu, sed etiã pro exitu. sed illa prouisio etiam nominatim inserta in datio, & iuxta eius continentiam, videtur similiter ipsius datii facta deliuratio: prohibet pedagium exigi ad exitum. iubens ĩcantatores dare bullas gratis. quo videtur illa conuentio de soluendo datio pro exitu, implicare contraditionem. & quòd fiat solutio iuxta antiquum capitulum: & non fiat inspecta prouisione, imo gratis bulla detur, Vnde illa conuentio velut repugnantiam continens, & sibi met contraria,

protinus

protinus videtur inualida:vt illa in vulgari regu la iuris.ff.de reg.iur.l.vbi repugnantia.& videntur incantatores magna fuiſſe in culpa & in illos imputatio aperta: qui paſsi fuere illo in datio remanere capitula quæ ſibi vicisſim forent repugnantia.imo debuerunt legem apertius dicere &c.argumentum.ff.de pac.l.veteribus.&. ff.de contrahe.empt.l.labeo.&.l.ſi in emptione
5 in princi.† Cæterum ſub diuiſione tollitur contrarietas pactorum, nec credimus contrahētes voluiſſe ſibi inuicem de directo contrarium:vn de aduertendum , quòd multum intereſt inter actus continuos & diſcontinuos.† Actus enim continui omnes pro vno habentur,& ſi aliquod momentum naturale interueniat:& omnia con tingentia quocūq; in actu continuo facta repu tantur ſimul & unico contextu , velut vnicum tantum & non plura.argumentum.ff.de verb. obli.l.continuus.& de duobus reis.l.duos.§.fi.
7 & de ver.obli.l.i.§.q præſens, & id circo † quod ait lex in continenti pater filiam occidat: ſic erit accipiendum , inquit tex.ne occiſo hodie adultero,reſeruet filiam:& poſt dieꝫ filiam occi dat,vel cōtra.debet enim prope vno ictu.& vno impetu,vtrunq; occidere &c.vt ad literam legimus.ff.de adul.quòd ait lex.§.fi.in tantū quòd ſi pater nō affectauit fugam filię ſed dum adulte rum occidit,ſilia profugit , & interpoſitis horis appræhenſa eſt a patre : qui perſequebatur,non diuertens ad alia,incontinēti videbitur occidiſ ſe.vt eſt ibi expræſſum in fine.argu.etiam.de vi & vi armata.l.iii.§.eum igitur.in text. cum glo. maxime,in queſtione illa de deiecto in villa qui venit in ciuitatem pro amicis: & in hoc biduo vel triduo laborat &c.&.l.qui poſſeſsionem , & de teſta.l.hæredes palā.§.fi.ff.ſi cert.pet.l.lecta §.dicebam & de pact.l.iure gētium.§.quinimo &. C.eo.in bonæ fidei vbi plenè etiam per Cy. &.l.petens eo.tit.&.C.de fide inſtrumen.l.con-
8 tractus.†Modicum enim interuallum facit mul tum &c.ff.de priuil.credi.l.ſi venit in fine : vnde hiis omnibus concordia colligitur,in illis capitulis datii prima fronte aduerſis , & de directo contrariis,puta quòd ſi dicuntur mercemonia intra ciuitatem Vercellarum ea mente,vt recta via ducantur extra,ad alias partes.quod credimus quotiens continuā ductionem inuenimus aſq; diuerſione ab impertinentia : non reputatur niſi cōductio eadē,& vnica.& idcirco iuxta permiſsionem ſufficit vnica ſolutio. vnde alia ad exitum non eſt facienda.imo per incantatores gratis bulletta venit taliter cōducentibus danda.Porrò in ꝓpoſito, vbi nouus incantator noui præſentis anni, exigit ſolutione datii, ſeu pedagii,pro exitu dūtaxat occaſione illarū rerum pro quibus anno proximo præterito anti quis datiariis ſolutum fuit pro introitu datiū: ac etiam pro mercemoniis etiam anno præſenti conductis.intra ciuitatem:ab illo conductore(vt præfertur,) alii venditis,ſi nouus emptor velit eas conducere extra ciuitatē ſuccedit antiquum capitulum:vt pro exitu huiuſmodi mercemoniorum ſoluatur nouis incātatoribus datium. eo quod reputamus hunc conductionis actum in exeundo faciendū omnino diuerſum a primo conductu facto in introitu, tā propter interuallum ita longum, quā propter diuerſionem ab impertinentia factam,& conducētium diuerſitatem,cum vnus conducat ab intra:& alter nouus emptor ab extra . & eſt perinde,ac ſi quis mercantiam prorſus aliam in ciuitate forſitan factam & emptā.vellet quis ab extra duce re.quo caſu nemo dubitaret quin taliter cōducens datium cogeretur ſoluere , vnde ſcriptum eſt diſtingue tempora,& perſonas,& concorda bis ſcripturas &c.

SVMMARIVM.

Emphiteota eccleſiæ,habente res in emphiteuſim pro ſe,hæredibus,& quibus dederit:mortuo ſine liberis,an fratri poſsit emphiteuſis denegari?

1 *Emphiteota eccleſiæ habente rem in emphiteoſi pro ſe, hęredibus quibus dederit : mortuo ſine liberis:an fratri poſſit emphiteoſis denegari?*
2 *Pro diſpenſactione obtinenda , non actio : ſed iudicis offitium imploratur.*
3 *Supior aditus: indebitè denegata cōcedere debet.*
4 *Coniunctio , ſeu ſanguinis ratio pro cauſa legitima habetur:*
5 *Multa coniunctis conceduntur : quæ exteris de negantur.*
6 *Prohibitus alienare : an alienabit in coniunctum, in requiſito domino?*

CONSILIVM. XV.



IN NOMINE PATRIS & filii & ſpritus ſancti amen.

1 Caſus talis eſt † quidam emphiteota eccleſiæ eccleſiaſticā rem conduxit ſub certo canone,pro ſe & hæredibus ſuis,& quibus dederit &c.mortuo emphiteota.abſq; liberis:frater ipſius petit rem ipſam ſibi potius quam alii inueſtiri debere . quæritur quid iuris ? Pro cuius euidentia præmitto,quòd petitur per fra
2 trem,diſpenſatio eſt:† pro qua obtinenda, non actio,ſed iudicis officium imploratur.l.dixi.C. ſi quis &.c.domino facto,& cauſa legitima ſubſiſtente:non tantum permiſſa ſed debita eſt,vt d. c.domino facto &.l.i.q.vii.exigunt &.xxiiii.q.i. nolite.xv.q.ii.interfectore.&.C.de inceſtis.quibus concurrentibus ſi non diſpenſetur : peccat denegans.& iniuriā infert diſpēſationem requirenti.Et à tali denegatione poterit appellari,ſicut in poſtulatione dicitur de poſtu. præla.c.bo nę.el.i.&.c.placet & ibi glo.i.Ber.poterit etiam ratione huiuſmo. denegationis,denegantis adi

ri ſupior.


ri ſuperior.† qui indebitè denegata concedet. vt not.in d.c.exigunt &.c.nullus de iure patro. Quid autē vbi generatio eſt finita, potius agnatis, & fratri, de re emphiteotica, ſeu etiam feudali, fieri inueſtitura debeat quam extraneis? & coniunctio ſeu ſanguinis ratio ſit cauſa legitima: adeo quòd ſi denegetur, teneat appellatio. & intereſſe probabile prætendatur. tenet Bart. expreſſē in.l.i.§.permittitur.ff.de aqua plu.arc. per argu.illius naturalis tex. & in.l.i ff.de priuil. credi.per eundem.per Bald.in addi.Spec.tit.de loca.ver.emphiteoſis debet. & in.l.Imperator. ff.de pac.in ſumma feudorum.d.Ia.ti.de ſucce. feu.verſi.item ſi perſonalem.in fine vt per d.Ante.de Butrio in.c.at ſi clerici.§.i.de iudi.† Multa & enim coniunctis concedūtur & inter eos, quæ exteris denegantur: vt dictis iuribus.facit l.voluntas.C.de fideicom.& ibi per Doc.& Bal. de leg.iii.l.pater.§.quindecim.† Hinc phibitus alienare, alienabit in coniunctum, etiam domino in requiſito in auth.de litigio.§.i.& per Bal. in d.l.voluntas per eundem.d.Iaco.ti.quib.mo. fe.amit.verſi.& quòd ſupradictū eſt. Et potiſſimum prædicta procedūt cum in inueſtitura illa verba apponunt, & quibus dederint vt (p̄mittitur in propoſito noſtro) vt eſt tex.glo.Iaco.& Bald.in.c.i.de feudo non habente propriam naturam. At vbi diſpenſatio imploratur, (cauſa legitima minime ſubſiſtente) ſi denegetur eam impetrans conqueri nequit, & intelligitur, & procedit quod pulchrè notat. Archidia.in .c.licet canon de elec.lib.vi.& ibi Ioan.And. in nouella.

SVMMARIVM.

An ſtatutum quòd decedente vxore ſine liberis, pater lucretur dotem: habeat locum, decedente vxore cum liberis ex alio matrimonio natis?

1 *Statutum quòd decedente uxore ſine liberis, vir lucretur dotem: an locum habeat decedente vxore cum liberis ex alio matrimonio natis?*
2 *Lex contra: immoderatas fœminas proſpexit: quæ nouis maritis: non ſolum res filiorum, ſed propriam vitam etiam addiderunt.*
3 *Pacta ad vnguem veniunt ſeruanda.*
4 *Actoris intentio ante omnia eſt fundanda: aliàs ſententia abſolutoria ſequi debet.*
5 *Agens ex ſtipulatione conditionali: conſiſtente etiam in non faciendo: probare neceſſe habet cōditionis euentum.*
6 *In eodem actu: inuicem repugnantia facit omnia vitiari.*

CONSILIVM. XVI.



NIESV CHRISTI noſe Amen. Suppoſito ſtatuto laudenſi ſub rubrica, quòd maritus ſuccedat vxori in dote vt infra.videlicet. † ſtatuerunt & ordinauerunt quidam Albertus & domina Dorothea laudenſes, primo loco fuerunt vir & vxor legitimi & ex hiis nati ſunt Petrus & Franciſchina eorum filii legitimi. decesſit dictus Albertus, relictis vxore & filiis antedictis. Præfata vero Dorothea.poſtmodum.pluribus ānis p̄teritis viuo adhuc eius patre.ad ſecunda tranſiuit vota.nubendo cuidam Sempronio. Sed pater illius Dorotheæ ipſam eius filiam (vt prafert,) ſecundo loco nuptā, dotauit de ſuis propriis denariis.quos denarios pro dote dictę Dorotheæ confeſſus fuit ipſe Sempronius recepiſſe obligando omnia eius bona.pro ipſius dotis reſtitutione facienda dictæ dn̄ę patre ipſo cum notario ſtipulātibus dotem reddi talibus pactis inter eos patrem & Sempronium appoſitis. Puta quòd in caſu quo dictam dominā Dorotheam contingerit mori ante Sempronium ſine filiis legitimis cōmunibus ipſorū iugaliū, quòd dicta dos in totum proueniat & peruenire debeat in ipſum Sempronium. & ipſam dotem eo caſu lucretur ipſe Sempronius per pactum expræſſum. Item caſu quo ipſa Dorothea decederet relictis filiis cōmunibus ipſorum iugaliū, quòd tunc dos peruenia in ipſos cōmunes filios ſuos, & ipſam lucrentur. Item pacto inter dictum patrem & Sempronium appoſito quòd in caſu quo Sempronius præmoriretur relictis filiis cōmunibus ipſorum iugalium, vel filio vel filia cōmuni ipſorum, ea relicta & ſuperuiuente: ſ.dicta Dorothea.quòd tunc ipſa habeat & habere debeat dictam dotem, & eam petere & exigere poſſit ab hæredibus Sempronii & in bonis eius. & de ipſa dote poſſit ipſa domina facere quidquid voluerit ad eius liberam voluntatem. Tandem deceſſerunt illi iugales abſq; cōmunibus liberis: in diuerſis tamen locis, nec apparet quis eorum prior deceſſerit: filii autem primi matrimonii, hæreditario iure matris ſuæ dotem poſtulant: non probantes (vt p̄fertur,) matrem eorum ſecundo marito ſuper viviſſe: & ex poſt illam mortuam illis filiis ex primo matrimonio ſuperſtitibus.

Quæritur quid iuris?

Et prima fronte videtur quòd hæredes ſecundi mariti. quāquam probaretur Dorotheam fuiſſe præmortuam: non poſſent prętendere illum ſecundum maritum prædeceſſorem ſuum doté illam lucratum. vigore illius ſtatuti quoniam loquitur in vxore ſine liberis decedente: at Dorothea deceſsit cum liberis ſaltem primi matrimonii ergo &c. Quinimo & ſi illo probato, extitiſſet caſus primi pacti ſupraſcripti quo conuenerat, quòd tunc vir dotem deberet lucrari. nil minus videtur non potuiſſe fieri quominus cum marito ſuccederent liberi primi matrimonii in capita: & conſequenter pro duabus partibus, tertia ſecūdo marito de relicta dūtaxat. vt C.de ſecun. nup.l.hac ædictali in princ. Cæterū & ſi non ſubuenerat ſtatutum hæredibus ſecundi mariti, eo quòd non euenerit caſus ſtatuti: non

+ cōcor. signorol. cons. 9. questio ꝙ supponit ꝙ tot

non tamen improbat illud pactum dotis lucrā dæ noſtro caſu, lex illa hac ædictali. illa enim lex tantum modo loquitur cum mulier ipſa tranſiens ad ſecunda vota confert dotis nomine ſecundo marito cum pacto doctis lucrandæ. illo enim modo prohibetur ipſa mulier conferre victico, plus quam cuiq; liberorum ſuorum, nec
2 dicta lege eſt expræſſum:. † Lex enim contra fœminas immoderatas proſpexit: quæ plerūq; nouis maritis, non ſolum res filiorum, ſed & vitam adiiciūt. vt. C. de admi. tut. l. lex quæ tutore. At hic non ipſa mulier dotem conſtituit, ſed eius pater de ſuis propriis denariis. perſona autem aui non eſt ſuſpecta: proculdubio igitur ad vnguem ſeruanda ſunt ſupraſcripta pacta. Rurſum
† 3 & illud venit addendum. † ꝙ actor quod aſſeuerat: probare debet. vnde eo non probante, reus venit abſoluendus. quāuis ipſe nil probauerit, ei enim qui dicit &c. & actoris intentio ſemper
4 ante omnia venit fundanda. † alioqnin ſemper ſequi debet ſentētia abſolutoria (vt vulgo legitur). C. de probat. l. actor. ff. eo. l. ii. C. de ædendo. l. qui accuſare. & extra. vt eccle. bene. c. vt noſtrum. C. de rei vend. l. fi. cum ſi. quo fit vt cum in tertio & vltimo pacto ſupraſcripto conuenerit inter patrem & ſecūdum maritum, quòd in caſu quo ipſe Sempronius præmoriretur relicta & ſuperuiuente dicta. d. Dorothea vxore ſua: quòd tunc & eo caſu dicta domina Dorothea vxor habeat dictam dotem &c. & per conſequens pater a ſecundo marito, ſtipulatus fuerit dotem filiæ ſuæ non ſimpliciter & purè: imo conditionaliter, & ſub illa conditione videlicet, ſi maritus præmoriatur, & vxor ſuperuiuat filii primi matrimonii agentes hæreditario nomine matris. ex illa ſtipulatione patris habent neceſſe probare euentum conditions puta ꝙ maritus ſecūdus prædeceſſerit, & ante vxorem
5 mortuus fuerit: & ipſa vxor ſuper vixerit. † Cū agens ex ſtipulatione conditionali, etiam in nō faciendo conſiſtenti: neceſſe habeat ipſe probare conditionis euentum. vt pulchre ad propoſitum eſt expræſſū. ff. de verb. obli. l. hoc iure. & illud plene ibi per Bar. niſi ergo illi filii & hæredes matris probent maritum præmortuum: vxore tūc ſuperſtite: & ipſam poſtea decesſiſſe, nihil iuris in dote materna poſſunt pertendere. & iuxta huiuſmodi verba vltimi pacti intelligen
6 da ſunt omnia præcedentia & ſequentia. † Alioquin in eodem inſtrumento foret inuicem repugnantia. quouitiarentur omnia. vt. ff. de reg. iu. l. vbi repugnantia. quo pro reis cōuentis adhuc res eſſet magis clara: eo quòd pro agentibus nulla reperiretur probatio facta: vnde actore non probante &c. Amplius non ſufficeret ad verificationem illius pacti vltimi, probaſſe mortem mariti præceſſiſſe, & Dorotheā ſuperuixiſſe imo & aliud adhuc eſſet probandum inſpecto pacti tenore: puta filios vel filias cōes ipſorum, iugaliū ſupuixiſſe, vel ſaltē filiū, aut filiam cōem ipſorum. illis. n. duobus ſimul interuenientibus tantum modo pater dotem filię ſuæ fuit ſtipulatus. non ergo aliàs profuit Dorotheæ filiæ, & minus hæredibus ſuis illa ſtipulatio. cum igitur & ſi probaretur maritum præmortuum. vxore tunc ſuperſtite, adhuc non poſſent illi agentes obtinere. ex quo conſtat nec cōmunem filium, nec filiam illorum iugalium ſuperuixiſſe. & conſequenter dictam conditionem pacti nullatenus extitiſſe. Et ita nullum ius agentibus competere: maxime actore non probante &c. (vt ſupra) quippe quia licet forſitan dicitur prætium illud etiam trahendum ad caſum nō exiſtentiū communium filiorum quaſi ſimilem expræſſè imo in quo maxime. videtur ratio, ſaltim retinebit, prima conditio, de qua nulla eſt dubitatio quominus per agentes iliius conditionis euentus neceſſaria ſit probatio.

An ius ex facto oriatur.

1 *Ius ex facto oritur.*
2 *Sententia in ambiguo an ad acta referatur: & eius verba etiam ad actitata intelligantur? quando fieri poterit ſalua recti ſermonis ratione.*
3 *Verba quando clara ſunt: nullatenus voluntatis quæſtio eſt habenda.*
4 *Senſus loquæntis, cum manifeſtiſſimus eſt: verborum interpretatio non valet.*
5 *Sententia prolata in vnum dūtaxat caſum: an ad alium porrigatur?*
6 *Sententia quam deliberatè: & quam maximo: cum moderamine ſit proferenda.*
7 *Formæ obſeruatio facta in vno: an poſſit in alio: Et an ruat quod formæ vitium habet?*
8 *Nil protinus actum videtur: cum quid, ratione formæ ſupereſt agendum.*
9 *Forma ſubſtantialis dat eſſe rei, agendo.*
10 *Forma nunquam obuenit materiei: niſi vltimo verbo: ſeu actu, cuiuſq; rei perfectiuo.*
11 *Quæ ſunt ſtricti iuris: non recipiunt interpretatiuam extenſionem.*
12 *Verba ſunt notę paſſionum animi.*
13 *Iudex pronūtiando: an proferre poſſit contra ſtatutum: vel ſacras leges, ſententiam?*
14 *Reus ſi iurauerit, nemine ei iuſiurandum deferente, Prætor tale iuramentum non tuebitur.*
15 *Spetialis prouiſio hominis, tollit prouiſionē legis.*
16 *Gerundium in ſententia à iudice prolatum: an neceſſitatem importet?*
17 *Gerundia ſignificant: agi vel pati: per modū verbi à quo naſcuntur.*
18 *Verba ſic prolata: ad omnem inſtantiam & requiſitionem, an conditionem faciat?*

CONSILIVM. XVII.

IN IESV CHRISTI nomine amē. Poſt ſupraſcriptum cōſilium per me compilatum. A. procurator. B. &. C. de quibus ſupra mihi oſtendit copiā

cuiusdam consilii,domini Iacobi de clinio aduocati Mediolani collegii.& mirum est, quòd facto totaliter existente(vt supra) nec aliqualiter variato: quòd consulerit contrarium. †Cũius oritur ex facto.ff.ad.l.aquil.l.si ex plagiis.§. in cliuuo.C.de transa.l.vt respon sum.C.de impub. & ali. substi.l. præcibus. & præsertim qm motus patet ex tenore dicti consilii,friuolis ex rationibus. Licet †enim in ambiguo sententia semper refertur ad acta:eius quoq; verba intelligantur iuxta ipsa actitata: quando illud potest fieri recti sermonis ratione salua.ff.de except. rei iudi.l.si quis ad exibend.vbi pulcherrimè in glo.C.de sen.quæ sine certa quantite.l.iii.ff.de suspect.tuto.l.hæ,enim causæ,& plenè per Bart. ff.de re iudi.ait prætor in fi.Aliud tamen oportet nos dicere:quãdo illud est imposibile:salua recti sermonis ratione.puta cum verba nõ sunt ambigua multiplicia, seu equiuoca, aptissima, & indubitata,inhabiliaq; ad plures intellectus. imo non existentia nisi vnius clari & indubitatissimi sensus.eo.n.casu qm verba sunt clara nullatenus est qõ volũtatis hnda.ff.dleg.iii.l.ille aut ille.§.cũ in verbis &.l.nõ aliter de exercitoria.l. i.§.si is qui nauem.præsertim loquendo de sententiis & huiusmodi ordinationibus, quæ sunt stricti iuris.i quibus a verbis, eorumq; cortice, non est recedendum.ff.de verbo.obli.l. quidqd restringendæ,&.l.stipulatus.§. grisogonus in fi. imo iure nostro Romano,receptum est,vt melior sensu existat. †Cum enim manifestissimus est sensus loquentis. verborum interprætatio nusquam tantum valeat. meritò quoniam verba illa secundæ sententiæ sunt indubitatissima. nec nullatenus habilia referri,quã ad ipsam delationem sa-ramenti.& nullo modo ad eius sacramenti remissionem valent verba sentẽtiæ referri:eo quòd formaliter ita se habent. videlicet in aliis vero quinq; annis deferendum fore & esse sacramentum ipsi.Si per ipsum.A.procuratorio nomine ipsorum.B.&.C.plusq̃ ridiculũ esset illud dicere,vt inquit consultor ille, quòd verba sententiæ traherentur ad remissionem faciendam à procuratore cum de illa iuramenti remissione nil omnino fuerit dictum à iudice. imo omissum pro omisso venit habẽdum.†Nã sententia ita stricti iuris sicut stipulatio vnum in casum dũtaxat prolata,porrigitur ad alium, (vt vulgo legitur in simili).ff.solu.mat.l.si cum dotem in princi.de condi.ob causam.l.si extraneus.& d.l.quidquid astrigendæ.imo ĩ huiusmodi ordinationibus stricti iuris ante omnia quæritur,de qua re sint facta:vt operentur in illa sola.vt.ff.de pa.l.si vnus.§.ante omnia.C.de procura.l.procurator ad vnam.ff.mand.l.diligenter, extra de rescript.c.cũ dilecta & de restitu.spolia.c.Pisanis. †Est enim sententia adeo deliberatè proferenda,& cum maximo moderamine:quòd oportet iudicem primitus tenorẽ suæ sententiæ in scriptis redigere:seu redigi facere, & eo scripto,per se ipsum proferre.C.de sen.ex pic.recitan. per totum, & extra de re iudi.c.vltimo.lib.vi.meritò non valet nisi in solo expręsso,non tacitè subintellecto.eo quòd solum expræssum & nõ tacitum reperitur primitus scriptum:& demum ex scripto redactum.Nõ ergo, est ab re:si non valet pronuntiatum tacitè,propter omissum substantialis formæ, vt legitur & ad plenum habetur.C.si quis aduersus rempub. l.i.in tex.cum glo.& per Doct.†,Nec immeritò quia formæ obseruatio facta in vno : prodest in alio.imo & si validum sit firmiter confectũ ruit id in quo interuenit formæ vitiũ.C.de testa.l.iubemus,in litera ibi,post principium vel in totũ sit tota hæredum &c.vel in eius hæredis institutionem.cuius nomen nec lingua,neq; manus testatoris significauit.Quantum enim attinet ad illud tacitum vbi est formæ vitium: locũ habet vulgare actum.† quod nil protinus videtur actũ cum quid ratione formæ supereſt agendum.ff. de testa.l.si is qui &.l.ea scriptura & de leg.si ita sit scriptum,& ad leg.falci.l.si is qui quadraginta.§Iquędam.C.ad Sillan.l.vltima ad fin. Nec mirum †quia forma substantialis dat esse rei agendo.&c.ff.ad exiben.l.Iulianus.§.si quis deteriorẽ† Nec forma vnquã obuenit materiæ.nisi vltimo in verbo seu actu cuiusq; rei perfectiuo. C.de fide.instru.l.contractus,& de verbo.oblig. l.cõtinuus.C.de testa.l.cum antiquitas.cum si. Suppinum igitur foret dicere de sententia lata de vna re (sicut hic fuit) tantum modo prolata super iuramenti delatione facienda à procuratore quòd valeat in alia,verbo nullatenus expssa.i.vt valet consultor in ipsius iuramenti remissione.Etiam si foret subitellecta tacitè:quãuis re vera nec fuerit illa remisio iuramenti tacitã subintellecta.imo omissum verbo creditur, nec cogitatum in animo, alioquin semper verbum esset ex lege,cum verbum ex legibus,& aliis ordinationibus dicitur nedum qđ est ex verbis:sed etiam qđ est ex mente, vt.ff.de verbo.signifi.l.nominis & rei.§.verbũ ex legibus. Ideo nemo dubitat †q̃ quæ sunt stricti iuris:non recipiant extensionem,seu interprætatiuã extensionem.Cũ iuxta per Doct.plenè notata,& maximè per Bar.& Ray. videlicet.l. oẽs populi de iusti.& iure.multo stultius foret & sine ratione quòd verbum iudicis vniuocum & euidentissimũ de vno tãntum,vt hic prolatum de ipsius sacramenti delatione facienda à procuratore.supponeret non pro delatione quã tantũ modo cõtinet,& significat.imo pro sola iuramẽti.remissione facienda a procuratore:quam verba prolata non possunt aliqualiter cõpræhendere †.Sunt enim verba notę &c.ideo creditur loquens illud cogitasse:& non aliud.quod reperitur verbo expræsisse.ff.de suppell.leg.l.labeo versi.idem tubero. imo quando errauit expræsse dicit lex, quòd non dicit quod vox significat: quia non vult neq; id quod Vult quia id non loquitur.ff de reb.

Cocor. Mazos Sing cons. 120 nº 13 & seq.

Ancar cõs. 437 in fi

de reb. dub. l. in ambiguo. C. de hæredi. instit. l. quotiens cum si. & est mirũ quoq; illud : quod consultor de potestate iudicis inquit cum scrip sit. quòd iudex qui sententiam secundam tulit: non potuit habere respectum ad aliud, quã ad statutum inferens ideo oportuisse intelligi sententiam latam secundum illud statutũ, vt valeat ipsa sententia quinimo amplior est potestas iudicis in pronuntiando. & potest nedum contra
13 statutum :† imo contra sacras constitutiones potest proferre sententiam: pronuntiando sicut hic fuit non expræssè de iure constitutionis. imo tacite de iure litigatoris. Valet enim sententia tacitè prolata contra legem: exquo non continet expræssum errorem, imo pronuntiat contra partem : aliter credens eam legem non iuuari. vt. C. quando prouo. non est nece. l. ii. ff. quæ sent. sine ca. rescin. l. i. §. item sacras constitutiones. & de re iudi. l. præses. &. l. cum prolatis. Quãquam ergo statutum a triennio retro. tribuat liberum arbitrium iurandi colono : nec male fecisset iudex ita pronuntiando: puta stare coloni iuramẽto. ab ipso triẽnio retro. potuit nihilominus tacitè contra statutũ pronuntiando, ita declarare (vt egit) puta deferendum foret sacramentũ ipsi. D. p ipsum. A. procuratorio nomine solum. B. &. C. &c. & idcirco standum fuit, & est, suæ sententiæ: vt non aliter valeat dictus. d. iuramentũ. præstare nisi ipso. A. iuramentum. deferente. iuxta formã sententiæ Nec & si ipso. d. iurauit absq; procuratoris delatione, nõ intelligitur iurasse: nec ita iurãdo, aliquid egis-
14 se. nec inmeritò: nam iure receptum est.† si reus iurauerit, nemine ei ius iurandum deferente: prætor id iuliurandum non tuebitur, Sibi enim iurauit, non ad actoris præiuditium. (vt sequitur in tex.). Alioquin facillimus quisq; ad iuliurandum decurrens, nemine sibi deferente iuliurandum oneribus actionum se liberabit. quod esset iniquum. vt pulcherime ad propositum est expræssum. ff. de iurejur. l. iii. §. i. in litera ibi nam si reus iurauerit. &c. & si dicatur quòd quia statutum ponit in arbitrio rei ipsum iuramentum: intelligitur ab actore delatum vt dicit consultor. argu. ff. de acquir. poss. l. qui vniuersas. §. sed quæ prætor. &. C. de euictio ob causam. Respondetur illud procedere si iudex in pronuntiando sequtus foret formã statuti: non exigendo aliã naturalem, & veram actoris, seu eius procuratoris iuramenti delationem. iudex enim illa hominis delatiouem veram & nalem requirendo: recedit à ficta delatione & per statutum repræsentata: nolens illam repræsentatam seu fictam & statutariã delationem sufficere. imo naturalem & veram ipsius actoris delactionem præcedere
15 oportere.† nam spetialis prouisio hominis tollit prouisionem legis: inuentam non iure cõmuni sicut hic imo spetiali & singulari. puta de stãdo iuramento coloni quod aliàs non esset iure cõmuni. imo est contra cõmunes regulas omnino. C. de pac. conuen. l. fi. &. ff. de præca. l. & habet. §. cum quis. Illud autem bene fateor: quòd sint (inquit consultor) verba illa sententiæ, quæ protulit expræsse de iuramenti delatione: prius facienda a procuratore. actoris, non forent tam certa & indubitata: nec aliqualiter trahibilia salua recti sermonis ratione, ad remissionem iuramenti, quæ fieret exparte creditoris. imo essent alia verba eqniuoca & habilia ad duplicem intellectum: puta delationis. talia verba sententiæ in dubio foret trahenda ad ius & ad statutũ prędictum. iuxta notata in simili per Inno. extra. de consuetudi. c. cum dilectus, &. C. de noxa. l. ii. in glo. & per Cyn. C. de iure delib. l. fin. §. in computatione in glo. magna ad fin. & ita. l. miles. §. decem. ff, de re iudi. cum si. Sed in præsenti non est posibile ita aliqualiter (vt valet consultor) sententiæ verba trahere salua recti sermonis ratione (vt dixi supra) ergo &c. Et si dicatur quòd gerundium illud deferendum in sententia a iu-
16 dice prolatum,† necessitatẽ importat. iuxta id quod legitur, & per glo. notatur. ff. de ædendo in rubrica & per Doc. plenius suppletur. quoniã gerũdia significant per modũ verbi a quo nascũtur, & sic significant agere vel pacti &c. vt patet
17 ad sensum.† Eoq; pro debito videtur habendũ ex quo stetit per eum quominus fuerit delatũ: & consequenter videtur similiter post per. B. rectè iuratum. quasi prius fingatur a procuratore delatio, argu. ff. de contrahend. emptio. l. labeo scribit si mihi bibliothecam, quippe & ad illud facile est responsum: procederet enim illud motiuũ si iudex in sententia pro aliis vero quinq; annis pronuntiasset deferendum fore & esse sacramentum ipsi. A. per ipsum a procuratore nomine ipsorum. B. &. C. simpliciter & indistinctè. Cæterum hic non ita simpliciter deferendũ ei à procuratore pronuntiauit. imo tantum modo secundũ videlicet ad omnẽ instantiam & requisitionem ipsorum. B. &. C. seu alterius ipsorũ legitimæ psonæ. quæ verba ad omnẽ instantiã &c.
18 †Faciunt condictionem: & sic est sensus, si procurator ad deferendũ per. B. &. C. fuerit requisitus (vt pulchrè & eleganter glo. scribit) soluto matrimonio. l. post dotem in quinta lectura. vt ibi vel quinto verbum dari, quasi dicat ad volũtatem filiæ mihi reddas. quæ verba ad voluntatem filiæ resoluit ibidem glo. exponendo si ipsa quidem nolet. & per Bar. in rubrica de condi. & demon. q. iiii. principaliter quia q̃rit de p̃positione, an per eam inducatur condictio. Non ergo potest stetisse videri p procuratoré quominus detulerit. Cũ non potuerit, & si miles voluerit: ex quo per illas dominas requisitus fuit. imo cõ tra protestatę sunt: q̃ requirere nolũt. vnde delatio (velut defecta condictione) non potest facta videri. imo protinus defecta, quo fit, vt cum d. iurauerit nulla delatione vera nec ficta præcedente : quòd nil omnino egerit quasi sibi tantũ iurauerit: & non creditori aliqualiter præiudicauit,

cauit,vt d.l.iiii.§.i.ff.de iure iurã.& dixi primo. Nec tãdem nocet quod dicitur finaliter illo in consilio:puta quòd quia remansit per.B.C.quo minus instarent cum procuratore:suo & requirerent ab eo quòd iuramentum deferret.fuit illa conditio habita & habetur pro cõpleta: eoq; creditur per ꝓcuratorem & delatio retroacta, & per consequens per ipsum d.Iurisiurandi religio rectè suscepta.iuxta ad plenum scripta.ff. de condi.& demon.l.in testamẽto.la.ii.&.C.de condi.inser.l.legatũ,&.l.i.c.de insti.& substi.sub condi.fac.& d.l.labeo scribit si mihi bibliothecam.Nempè & ad hoc facillimum est respondere:& respondet glo.optimè singulariter hac in materia.ff.de contrahen.emp.l.cũ ab eo, ꝙ quã legem pro hac parte dirimitur hæc vltima dubitatio,inquit enim lex illa, cum quis fundũ suũ haberet,alii tamen obligatum.ꝙ si illum fundũ vendiderit:si eum intra Kalendas Julias liberauerit:& per eum vẽditorem steterit quominus fundum liberauerit:eo quòd illum liberare noluit vt condictio impleatur agi nõ poterit.Nec lex illa huiusmodi condictionem habet pro impleta.imo ꝙ defecta:& subdit glo. ibi prima ad fi.dicens,& est ratio quare non potest agi: quia condictio in potestatem & voluntatem suam.i. venditoris collata erat.(& vt sequitur in glo.) alias si ex alterius facto penderet: si staret per istum contra esset.i.quòd condictio perinde haberetur ac si impleta esset:& allegat legem illam de qua supra videlicet.l.labeo scribit si mihi bibliothecam.Concordaret quoq; alia in contrarium supra allegata:Quoniam igitur nostro in casu procurator fuit condemnatus a iudice:iuramentum deferre:Seu declarauit iudex, ꝙ ipsum deferret iuramentum non purè.imo sub cõdictione collata in potestatem ac volũtatẽ simplicem illorum.B.&.D.possunt illæ dominæ libere,nolle condictionem implere quo casu cõdictio illa reputatur non impleta. imo defecta, & per consequens procurator veluti condictione defecta, potest a lege repræsentari aliqualiter iuris intellectu retroacta.vnde videtur iuramẽtum illius.d.præstitum nulla præuia delatione vera,nec ficta,quo fit vt ille.D. ita iurãdo nihil egerit,vt d.l.iii.§.i.ff.de iureiurando.

Breuis ergo,et vera est conclusio:puta de secunda sententia quòd habetur pro non lata. vnde appellatione deserta valida remanet prima sententia, & protinus exequenda. Et si dicatur vt valeat illa secunda sententia: verba eius sententiæ improprianda &c.vt in alio aduerso consilio.pro quo melius facit glo. rectè loquendo de sententia ad cõtestum:& si sit strictissime intelligenda vt supra.quæ nihilominus tenet in hac sententiæ verba improprianda ne.per.l.fa-mil.hercis.l.puto.§.i.in glo.super verbo non cõmunicari &c.Fateor &.n.verba etiam sententiæ improprianda fore, vt valeat. sed hoc esset impropriare.imo totaliter alterare. & vnum verbum poni pro alio pœnitus extraneo.nec ad id trahibile aliquo modo. salua recti sermonis ratione:quod non licet facere præsertim in prælatione sententiæ.

SVMMARIVM.

An notarius qui susceperit rogitum à testatore redigendi testamentum in publicam formam:teneatur ædere testamentum, cum additionibus postea à testatore eo non præsente factis?

1 *Notarius qui suceperit rogitum à testatore redigendi testamentum in publicam formam: an ædere teneatur testamentum cum addictionibus postea à testatore,eo non præsente,factis?*
2 *Testator an in alterius arbitrium,committere possit id quod est de iure.*
3 *Scripturæ dictatio, an sapientis consilio committi possit?*
4 *Notarius in testamento,an sapientis consilio, addere possit quæ solennitatis sunt.*
5 *Qui omne dicit:nihil excludit.*
6 *Si quis moriens:disposuerit de re quæ non est totaliter sua:nec in totum aliena:an totum illud concessisse videatur,vel tantum modo suam partem?*
7 *Gesta iusto metu,qui in quemlibet licet constantem virum cadere posset:an rescindantur?*
Notoria,probatione non indigent ibidem.
8 *Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda.*

CONSILIVM. XVIII.



IN IESV CHRISTI noĩe Amẽ. Sequitur tenor duorum capitulorum inter cętera capitula contentorum in testamento Bonæ mæmoriæ Magnifici. Comitis Lutherii de Rusconibus cũ non nullis addictionibus de consilio sapientis factis illis binis capitulis:(vt infra)videlicet.

Item statuit,voluit, & ordinauit quòd Lucia Fiorbellina,Ioãnina, & Elisabet, sorores ipsius domini Comitis, & filiæ quõdam præmemorati Magnifici domini Franchini habeãt & habere debeãt tẽpore quo peruenerint ad matrimonium,pro ipsis in dotibus:ducatos mille quinq; centum auri pro qualibet earum, de denariis ipsius domini Comitis existentibus, seu quos habet in Ianua:in quibuscũq; ipsius domini Comitis locis comparatis Ianuæ,seu de ipsis locis cõparatis, quæ loca per præsentes voluit & vult haberi pro exp[illegible] & spetiali mentione hic specificatis de ipsis hic oporteret aliquo modo expressionem spetialem & singularem fieri. Si & ꝛ[illegible] quo infrascripti sui hæredes post decessum ipsius domini Comitis, perseuerent in statu comitatus antedicti Magnifici. Comitis Lutherii, seu in comitatu.quem dictim dictus dominus Lutherius Comes obtinet,si vero prędicti

dicti hæredes infra descripti non perseuerarent in statu dicti comitatus. Tunc voluit & vult eas sorores habere tempore quo peruenerint ad matrimonium (vt supra) solum ducatos mille auri pro qualibet ipsarum conuertendos vt supra. Volens insuper & hoc casu immediatè scripta etiam haberi pro expræssa & spetiali, si de ipsis habere oporteret aliquo modo spetialiter et singulariter exprimi. non obstantibus aliquibus clausulis derogatoriis in dicto instrumento cõtentis quatenus in contrarium facerent. Instituens eas in præmissis, hæredes suas: Et iubens esse contentas iure debitæ naturæ tertiæ, seu quartæ, & omni alio iure. Et si prædictæ sororæs vel aliqua earum decederent vel decederet, anteq̃ peruenirent seu perueniret ad matrimonium (vt supra) voluit & vult dictum legatum talium decedentiũ, seu talis decedentis (vt supra) peruenire & remanere ĩ dictos suos hæredes: videlicet in spectabilẽ Ioannem fratrem suũ pro medietate, & Frãchinum & Antonium fratres de Rusconibus, cõsanguineos suos pro alia medietate.

Institutio vniuersalis sine additione sequit.

In oĩbus autem aliis bonis suis mobilibus, & immobilibus, & nominibus debitorum, dignitatibus, comitatu, & honorantiis, instituit hęredes suos, & successores vniuersales, Ioãnem fratrem suum pro medietate. Et Franchinum & Antonium fratres consanguineos suos pro alia medietate: ipsas proprio ore nominando.

Hæc est institutio cũ additionibus, videlicet.

In omnibus autem aliis bonis suis, & rebus mobilibus, & immobilibus, iuribus, actionibus, & nominibus debitorum, præsentibus, & futuris, maximè in valle Cleuene, turresoloni, & plebe Ballerne. Cum omnibus suis Castris, datiis, pedagiis, Gabellis, ac eorum & cuiuslibet eorũ regalibus, & iuribus quibuscunq;. nec non ĩ omnibus locis comparatis & prouentibus earũ. & maximè factarum in ciuitate Ianuæ: secundum seriem priuilegiorum, & formã ordinũ & actorum in talibus cõsuetorum in dicta ciuitate Ianuæ, subscriptorum etiam per Ioannem de naa, notarium &c. sic vel aliter prout in cartulariis & actis dictæ Ciuitatis plenius contineri reperiatur. & quæ cõparata iura res & bona, etiã pti nere voluit ad ifrascriptos hæredes, spectabiles Ioannem fratrem suum pro medietate, & Franchinum & Antoniũ fratres consanguineos suos pro alia medietate. Non obstantibus aliquibus clausulis derogatoriis in dicto instrumento cõtentis, quatenus in contrarium facerent: tamen semper quibuscunq; firmis remanentibus capitulis supradictis istituit sibi hæredes vniuersales præfatos spectabiles Ioannem Ruscam fratrem suum: & quondam præmorati Magnifici. domini Frãchini pro medietate & Frãchinum & Antonium fratres consanguineos suos & quondã spectabilis viri domini Ioannis Ruschæ pro alia

1 medietate. Vnde quæritur† vtrum notarius qui susceperit rogitum ab ipso testatore: instrumenti in publicam formam conficiendi & redigendi, de toto tenore ipsius testamẽti teneat & debeat omnibus institutis hæredibus, illud instrumentum testamenti totum ædere in publicam formam: etiam cum illis additionibus. an vero teneatur & debeat illas additiones prorsus omittere: solum in publicã formam redigendo testamentum sicuti fuit ab eo lectum viuo & præsente dicto testatore?

Et sub breuiloquio concludendum existimo ipsum notarium teneri & debere ipsum instrumentum testamenti in publicam formã redigere cum additionibus supradictis: & taliter in publicam formam redactum, tradere cuiq; hæredum institutorum? inquit enim glo. ff. de hæred. insti. l. illa institutio. in prin. conferri posse a te
2 statore† in alterius arbitrium fortasis notarii, id quod est de iure: vt dicat ipsi notario rogato de instrumento conficiẽdo: volo ita te scribere, sicut dixerit aliquis sapiens: quo magis debeat valere & tenere quæ relinqui ĩ testamẽto & quæ ibi statui: licet ergo substantia testamenti non
3 possit in alterius arbitrium conferri. † Constat tñ dictationem scripturæ sapientis arbitrio cõmitti posse. pro quo adhuc facit quod glo. scribit. ff. mand. l. si mandato. titii. §. fi. Tenens sapiens posse ea. quæ iuris sunt. quodq; sapientis sensus est. vt legitime liget & caute. Accedat ĩsu per quod scribit ad propositum. glo. in. l. ex ea parte in princi. de verbo. obl. quibus omnibus addit. Ia. de are. post glo. in. d. l. illa institutio ꝙ potest notarius de consilio sapientis addere
4 † quæ sunt solemnitatis. cum aliàs non valeret. Nec immeritò, quoniam testator voluit. quòd testamentũ suum de iure teneret, videtur ergo voluisse notarium omnia debere addere sine quibus testamentum non posset valere. dum tã tummodo contingat ipsum tabellionem aliquid facti innouare: & post Iac. de are. Rizar. malumbra. qui disputauit ĩ hac materia: tradit pro regula, quòd sapiens. nil addit noui: sed declarat quod verba continebãt. alioquin verba illa. nil operarent contra legem si quãdo de leg. i. quibus ex omnibus liquet illas additiones. illis binis capitulis rectè apositas. Eoq; ĩstrumẽtũ cũ illis omnibus totaliter explendum: & in formã publicam ædendum cuiq; hæredum. Cum prima additio, nil innouet in facto: imo cuiuslibet dubitationis tollendę. gratia, fuerit repetita in sequenti capitulo legati florenorum: mille tantum si contingeret statum illorum Comitum mutari. Et altera additio similiter nil noui continet. imo declarat quid aliàs tacitè in esse dubitationis tollendę gratia: quod patet quoniam illa instituto lecta testatore viuo, & præsente, fuerat sumpta ex vniuerso & vniuersaliter in omnibus aliis suis bonis mobilibus & immobilibus fuerat facta institutio †. Vnde qui omne di-
5 cit

concor fulg. cons. 89 col 3. ver idem Iac. de Arena

cit nihil excludit &c. vt.ff.de reb. dub.l.ducẽta.§. vtrum. C. mand.l.a procuratore.&c.iuxta alia iura vulgata.valet ergo expræs ſio ex abũdanti facta vt pulchrè ad propoſitum eſt expræſſum.ff. de fun.inſtruc. inſtrumentoq; leg.l.quæſitum.§. penul. aliàs vltimo.vbi ſpetiem additiendo nõ minuit vniuerſalis ſeu generalis diſpoſitio.imo potius dicitur quòd ex abundanti fit talis adiectio: pro quo etiam eſt lex optima.ff.de nego. ge.ſi pupillis.§.i.ad.fi.§.& ibi glo.inqui.pulcherimè de tali abundantia quòd ponitur pro cautela.Vnde optimũ eſt conſilium de illa apponẽda.Cum ea quæ dubitationis tollendæ cauſa inferuntur: ius cõmune non lædunt.ff.mand.l.qui mutuam in princi.vnde ridiculoſa eſt dubitatio quòd non potuerit apponi vtraq; additio illis binis capitulis in inſtrumento comprehenſis. Et ſi dicatur quòd imo,cum quõdam dominus Baldeſſar de barbiano vallem illam cleuenæ cũ rocha, vẽdiderit quondam Magnifico.domino Franchino ruſthæ.cuius vallis,cum rocha, ſimiliter dictus dominus Baldeſſar vẽditæ.habuerat ab.Ill.domina Duciſſa Mediolani &c.tunc gubernante: & ab ipſo ſecundo domino Duce,velut effecta tunc dicti olim.d.Frãchini.quòd eo domino Franchino mortuo fuerit hæreditaria etiã Comitis Ioãnis & ſororũ propria ipſius & ipſarum ex perſona.Eoq; videtur tẽpore illius teſtamenti Comitis lutherii dictus quondã comes lutherius, modicam portionẽ habuiſſe in ipſa valle cum rocha.Vnde prima facie videretur in pernitiem ipſius Comitis Ioãnis & ſororum facta additio: reſpectu illam rerum.facillimè tamen ad illud reſpondetur.primum quo-
6 modo iure noſtro receptum eſt.† quotiens teſtator diſponit ſuper re. quæ non eſt totaliter aliena:nec in totum ſua,ſed tantum modo pro parte quantumcũq; modica.Nunquam intelligitur ita diſponendo,rem illam totam concedere.imo tantum modo partem quam habet. ſeu & ſi partem non haberet, ſed aliquod aliud ius, creditur illud ius dumtaxat, relinquere.ff.de leg.i.l.ſi domus.§.fi.& .l.Senatus.§. vltimo.& .l. ſerui electione .§.fi.eo.titu. & de contrahen.& comit.emptio.l.qui tabernã.&.C.de le.l. vxor paterni cum ſi.mæritò non habent. Magnificus Comes Ioannes, nec ſorores, aliquam quærelæ cauſam propter additionem illam.Cum ex illa expræſſione facta de illa valle cum rocha, non valeãt reliqui hæredes plus iuris prætendere in illa valle cum rocha quam poſſent non facta eius expreſſione.imo facta inſtitutione ſimpliciter a teſtatore in omnibus bonis ſuis: vt proculdubio fuit vſq; a princ. teſtatore præſente(cum vt præfertur)per nominationem illarum rerum non videtur teſtator cõtuliſſe niſi dumtaxat ius quod habebat in illa re.Amplius illa vendictio facta.d.frãchino:Nullum ſibi videtur ius inferre, eo quia interuenit mætus iuſtus
7 † qui cecidiſſet in quemlibet conſtantem virum Prætor autẽ reſcindit tali metu geſta.ergo &c. iuxta iura vulgata.Et illa res tota quomodo fuit geſta:eſt notoria.vnde probatione non indiget.Rurſum quoniam poſt vendictionem factam(vt præmittitur)d.Baldeſari.Antonius de Varena filius eius.A.prælibato bonæ mamoriæ d.Duci ſecundo in feudum habuit vallem illam cum rocha:& creatus fuit(patre volẽte)Comes ipſius vallis & rochæ.videtur ipſe pater ius omne quod habebat in illa valle:cum rocha,totaliter tranſtuliſſe directò in ipſum.d.Ducẽ.& vtiliter in ipſum Antonium Comitem. Nihil ergo poſtea idem.d.Baldeſar vendendo.d.franchino,potuit videri tranſtuliſſe in ipſum,d.Franchinum quia nemo plus iuris &cæte. quinimo mortuo poſt modum Comite Antonio.cum eſſet feudum nouum:& in eo inceptum,eius morte.ad prælibatum dominum Ducẽ ſtatim reddi tum fuit illud feudum.Et conſequenter res illa reducta eſt ad primæuum ſtatum:ac ſi ab ipſo.d. Duce.nihil vnquam fuiſſet tranſlatum de illa re in ipſum.d.Baldeſarem.mæritò illa res ex imperiali conceſſione poſtmodum facta de ciuitate Cumarũ.& eius Epiſcopatu olim Comiti Lutherio: ſatis potuit & poteſt videri facta acquiſitio ſibi in totum illius vallis cum rocha: præſertim quoniam poſtmodum ſpetialiter & nominatim in illa valle cum rocha, fuit in priuilegio ducali conceſſio Comiti Lutherio, confirmata illa conceſſio & facta prouiſio cum iuramento de defendẽdo ab omni perſona &c.ac quęcũq; iura q̃ haberẽt vel habuiſſent aliæ ꝑſonę in ſupra ſcriptis rebus & terris, de abſolutæ poteſtatis plenitudine reuocauit.ac ipſam vallẽ cũ rocha, tradidit & dimiſit liberam præfato Comiti Lutherio quo earum rerum per præfatum noſtrũ Illuſt.d.videtur ſibi facta donatio.iuxta notata plenè de hac materia in.l.cum quid.ff.ſi cert. peta.argumentũ etiã.ff.de ꝑper.libert.l.Cãpa-
8 nus.& de reg.iu.l.cuius per errorẽ cum ſi.† ſunt enim benefitia Principum latisſimè interpretãda &c.Quo probabiliter dici poteſt de illa valle cũ rocha q̃ erat tota ſupraſcripti Comitis Lutherii tempore teſtamenti: Et ita nec ſorores illæ aliquid poſſunt prætendere in illa valle cũ rocha: nec Comes Johãnes niſi dumtaxat ex cauſa hæreditaria ſæpedicti Comitis Lutherii, & dumtaxat ex cauſa eius teſtamenti.Eoq; nec poteſt conquæri de additionibus huiuſmodi. Breuis ergo & vera concluſio eſt. quòd vallis illa cum rocha,illa ex vniuerſali inſtitutione facta (vt ſupra)fuit & eſt Comitis Ioannis,pro dimidia parte.Et pro altera dimidia, Comitum Frãchini,& Antonii,ſorores verò illæ nil iuris poſſunt prætendere in illa valle cum rocha, quæ cõcluſio etiam re & facto extitit approbata inuicem per ipſos magnificos Comites.Simul & ſemel fidelitates cõmunium & hominũ dictæ vallis recipientes. ac ſacramenta Caſtellanorum, tradentes eis quoq; cõtraſigna debita:pro me-

dietate

dietate pro ipſo comite Ioanne.& pro alia me dietarũ pro eis Comitibus,Franchino, & Anto nio fratribus quo infertur neceſſario inuicem conſenſiſſe.vnde quod ſemel placuit &c.

SVMMARIVM.

An ſacerdos habens curam animarum, posſit ſe transferre ad arctiorem religionem,retenta cura de conſenſu parochialium,non requiſita ſede Apoſtolica?

1 *Sacerdos habens curã animarum:an poſſit ſe transferre ad artiorem religionem : retenta cura , de conſenſu parochialiũ:nõ requiſita ſede apoſtolica?*
2 *Argumentum à contrario sensu,validisſimum eſt in iure.*
Contrarius legis sensus , pro lege accipitur: & casus legis eſt:ibidem.
3 *Differentia quæ nam ſit inter negationem iuris & facti?*
4 *Quilibet in re propria eſt moderator & arbiter.*
5 *Argumentum à ceßante ratione , semper in iure concludit.*
6 *Legum correctiones,sunt pro poſſe,vitandę : immo inuicem concordandę:ne contrariæ videantur.*
7 *Attenditur magis quod principaliter agitur : quã quod in consequentiam venit:*

CONSILIVM. XIX.



NIESV CHRISTI noſtr Amẽ. In facto proponitur, ꝙ in terra Sonzini adeſt vna eccleſia curata & ſacerdos illius eccleſię Deo deditus libenter ſuſciperet habitum fratrum prædicatorum profitendo regulam ſancti Dominici.& ſub illo habitu celebrando ſua in vita in illa eccleſia,ipſam quã tum in ſe eſſet,dedicando ordini prædicto cum cura,bonis, rebus,& omnibus iuribus dictæ ec-
1 cleſiæ. etiam parochialibus. † quibus omnibus etiam conſentiret vniuerſus populus illius Caſtri, Dioceſanus, ac ordo prædictus.Ita quòd omnium ſupraſcriptorum in vnum cõcurreret conſenſus.ad illa omnia ſupraſcripta implenda & executioni mandanda.

Hinc quæritur vtrum fieri hæc omnia valeant (vt ſupra)Non etiam ad hæc gerenda.exquiſita alia ſedis Apoſtolicæ licentia?

Cuius gratia,præmittendũ eſt ante omnia: quòd quãquam Gregorius Decimus in cõſilio gñali regulariter prohibuerit omnes mendicantium ordines etiam approbatos, nullum deinceps ad eorum profeſſionem admittere præcipiendo profeſſoribus eorundem ordinum ita licere in eis manere,quàm nullum deinceps ad eorum profeſſionem admitterent, nec de nouo domum vel aliquem locum acquirerẽt: nec domos ſeu loca quæ habent:alienare valeant.ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali . Ea omnia & ſingula diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruando,vt legitur & habetur ad literum extra de religio.domi.c.i.lib.vi.Sanè ad prædicatorum & minorum ordines,quos euidens ex eis vtilitas eccleſiæ vniuerſali proueniens perhibet approbatos,conſtitutionem illam non patitur extendi.Cæterum hæremitarum Sancti Auguſtini,& carmelitarum ordines quorum iſtitutio, prius generale conſilium antecesſit.inſolido ſtatu voluit permanere.idem Gregorius,vt hæc omnia ad literam habentur eadẽmet in decretali.§.ſanè,&.§.cęterum,& ita formaliter tota illa in decretali glo.i.ponit caſum ad conſtituendũ quo ibi videtur expręſſè determinatũ per illum tex. in d.§.ſanè,per cõtrarium.quòd prædicatores, nedum quos volunt deinceps ad eorum profeſſionẽ admittere poſſunt, quinimo de nouo eccleſiam,domum, vel aliquem locum, & conſequenter eccleſiam etiam curatam cum iuribus illius curæ,& bonis,rebus ac iuribus dictæ eccleſiæ aquirere,vt ibidem probatur expræſſe.cum tex.inquit ad prædicatorum & minorum ordines quos euidens &c. conſtitutionem illam nõ patiuntur extendi etiam conſequenter argumẽto a cõtrario ſenſu.ſtatuit expręsſim.d.Gregorius ibi ſpeciali fauore illorum duorum ordinum, quòd poſſint liberè nouam domum vel locum &cætera vt ſupra acquirere : fortiſſimũ
2 eſt enim in iure argumentũ † illud quod ſumit per cõtrariũ vt vulgo inquit tex.ff.de offi.eius, l.i.§.eius rei & alibi ſcribit Acur.de illo tali argumento a contrario ſenſu. quòd eſt caſus legis.vt.ff.de teſta.l.qui teſtamento.§.mulier.quinimo omnia licerent.&c.ff.ex qui cau.maio.l.
3 nec non.§.exemplo †.In hoc enim refert inter negationem iuris & facti: factum enim neganti nunquam incumbit onus probandi:imo actor, quod aſſeuerat : probare debet &c.& eum qui dicit factum: probare oportet.iuxta iura ſuper hoc vulgaria.At neganti ius,quòdq; aliquid nõ licet de iure:ſemper incumbit onus probandi. & legem oſtendendi , illud prohibentem , cum omnia licet &c.ff.de probatio.l.ab ea parte.vnde in lib.Pſalmorum ſcriptum eſt legem pone mihi domine &c.Satis ergo videtur fuiſſe quòd d.Gregorius noluerit illam conſtitutionem extendi ad prædicatorum & minorum ordines
4 &c.† Aliàs.n.quilibet eſt arbiter & moderator in re ſua &c.vt ſupra de iis quib.vt indi.l.polla. &.ff.mandati.l.in re mãdata.cum ſi.amplius rectè ad propoſitum inquit text.extra de exceſ. præla.c.minis lo.ii.§.ad hæc aduerſus illos prælatos qui ne fratres prędicatores & minores ad honorabiles ciuitates & villas vbi religioſè & honeſtè valeant cõmorari: & conſequenter inhabitare à populis deuote vocati accedere audeant. inhibentes tam in accedentes fratres,q̃ in receptatores eorum,præſumunt excõmunicationis ſententiam promulgare. mandãdo ad

fi.tex.

fi.tex.ipſius quatenus vniuerſi & ſinguli ſcilicet prælati ſupraſcripti a p̃nominatis grauaminibus contra ipſos fratres protinus deſiſtere &c. Vnde ibi videtur expræſſum in litera, quòd fratres prædicatores ad honorabiles ciuitates, & villas vbi religioſè & honeſtè valeant cõmorari ideſt(vt præfertur) in habitare a populis de uotè vocati: accedere illuc valent impunè. & illas domos & noua loca acquirere, nulla vlteriori licentia Sedis Apoſtolicæ requiſita ergo &c. & prohibentur alii prælati illud impedire. In oppoſitum verò arguitur, quòdq; licentia Sedis Apoſtolicæ ſpetialis requiratur. Saltim hodie videtur expræſſum per tex.eo.ti. de excesſi. præla.c.i.li.vi.vbi nominatim & expræſſè loquitur de prædicatoribus & minoribus, & generaliter de omnibus aliis religioſis mẽdicantibus qui in ciuitatibus, caſtris, villis, aut locis quibus libet aliis, ad habitandum domos vel loca quæcunq; de nouo ſuſcipiunt: ſeu olim ſuſcepta dimittunt: ſe ad alia transferentes. Statuens. quoniam proinde diuerſa ſcandala quandoq; proueniũt: frequẽtesq; clamores ad Sedẽ Apoſtolicã proferãtur: ne deinceps aliquis vel aliqui de predictis non obſtantibus priuilegiis quibus cunq; in contrarium concesſis: in aliqua ciuitate: caſtro, villa, ſeu loco quocunq;, domos vel loca quæcunq; de nouo recipere: ſeu hactenus recepta mutare. vel ea venditionis, ſeu mutationis, donationis, aut cuiuſuis alienationis titu. quocunq; transferre præſumant abſq; Sedis Apoſtolicæ licentia ſpetiali, plenam & expræſſam faciente de huiuſmodi prohibitione mentionem. Et ſequitur in tex. decretum, puta ſi ſecus egerint irritum decernentes, per quem tex. videtur protinus dicendum quòd non valent etiam prædicatores: aliquem abſq; Sedis Apoſtolicæ ſpetiali licentia. ſibi acquirere domum de nouo vel quemcunq; locum. Et poſt illum tex. ad maius robur facta fuit clementina de pœnis, cupiẽtes, primo reſponſo vbi tranſgreſſores conſtitutionis. quæ religioſis mendicantibus, domos ad habitandum, vel loca quæcunq;, & de nouo recipere, recepta hucuſq; mutare: vel ea transferre in alios cuiuſuis alienationis titulo, interdicit excõmunicationis ſententiæ ſubiicere: decernit ipſo iure. vt ibi ad cõteſtum legitur expræſſè. & idem per omnia inquit Ioã. And. in no. d.c.i. extra de religio. dom. in tex. ſuper verbo ſpetiali dicens ibi, hodie omnibus mẽdicantibus prohibitum eſſe: accipere noua loca ad habitandum, vel antiqua mutare, ſine ſpetiali licentia Papæ. vt d.c.i. de exceſ. præla. & ſubiicit per cle. fuiſſe additam excõmunicationis pœnam vt dicta cle. cupientes primo. reſponſo. Et idcirco dicit Archidiaconus illo in c.i. in litera ibi deinceps palàm colligi: quòd ante illam nouam decretalem: licebat fratribus prædicatoribus, & minoribus noua acquirere loca, etiam ad habitandum. Nec immerito, quoniam (vt præfertur) illud erat expræſſum. illo in c. nimis. lo. ii. §. ad hæc quod hodie videtur correctum per illud. c. nouum & vnicum extra de excesſi. prælat. lib. vi. & confirmatum in cle. cupientes. i. reſponſo.

¶ Cæterum allegata omnia aduerſus ordinem fratrum prædicatorum, & præſertim illud. c. vnicum. de excesſi. præla. pulcherrimè determinantur per glo. dicti capituli vnici in litera ibi. ad habitandum valde pro notabili colligens, q̃ illud c. vnicum loquitur de locis acquiſitis. ſ. principaliter ad habitandum. in hiis enim dumtaxat. vt illa in glo. ſequitur. fit eo in c. talis prohibitio: nec ĩmeritò propter ſcãdala. vt inquit ibi litera euitanda quæ vt ibi ſcribit Ioan. And. in no. in verbo ſcandala ſolent obuenire reſpectu tantum modo aliorum religioſorum: quibus apropinquantur. ſubdens quòd & ob hoc ſunt multi religioſi priuilegiati ne ad certam menſuram, ſeu vt dixerim cãnas certas mẽdicantes prope eas locare ſe poſſint. Hinc eſt q̃ eis F. mendicantibus qui vitam duxerint heremiticam, ſeu ſolitariam, eligendam de maiorũ ſuorum licentia, non prohibentur cellas, manſiones, ſeu habitacula, vel loca, vbi non ſit hominum habitatio de propinquo acquirere de nouo. vt eſt expreſſum ad vnguem illo in. c. ad fi. eo quòd propter propinquitatem habitationum hominum, non poteſt oriri aliquod ſcandalũ cum ibi de propinquo non ſit hominum habitatio & ſuper eo verbo hominum habitatio. in quit Ioã. And. (vt ſupra tetigit) illud eſſe. quod ſolet ſcandala inducere, quoniam. ergo in caſu noſtro propter vicinitatem non timetur aliqd ſcandalum eo quòd illi eccleſiæ, non ſunt conuicini aliqui religioſi. imo dumtaxat ſi ſeculares clerici amplius tota illa in terra nulli ad ſunt religioſi: ideo prorſus hic ceſſat ꝓhibitionis fundamentum: & per conſequens ipſa prohibitio non habet locum: & remanent iura antiqua fratribus prædicatoribus & minoribus indiſtinctè permittentia acquiri noua loca. † argumento optime à ceſſante ratione, quòd ſemper concludit in iure: vt. ff. de aquiren. poſſ. l. ſi is qui animo. de calumnia. l. hæc actio. de pac. l. quod ædictum & de iure patro. l. adigere. §. quamuis cum ſimi. Quo infert eademmet glo. ibi in litera ad habitandum, noſtro in propoſito dicens formaliter ergo. all. quã ad habitandum. ſ. principaliter poſſunt prædicatores & minores noua acquirere loca: ceſſante omni materia ſcandali antedicti (vt ſupra) Vnde illa decretalis coniuncta glo. ſua eſt pro ipſis fratribus prædicatoribus, & minoribus, & non contra: propter duo ſupraſcripta videlicet. & quia ceſſat vicinitas aliorum religioſorum in terra illa. In ſuper quoniam principaliter & aliàs. quam ad habitãdũ concedi hic vult illa eccleſia ergo &c.

Deniq; reſpondet illa glo. tacite obiectioni: quæ per nonnullos potuiſſet fieri. Dicens ſed quomõ,

quomodo,ex quo mendicantes ſunt: Reſpondens nec immeritò pro ſolutione ad illam obiectionem tacitam, vt dixit, illo in c.i.de religio. dom.videlicet,quia & ſi ſingulariter ex quo mẽdicantes ſunt: prohibẽtur indiſtinctẽ noua acquirere loca &c. Ad fratres tantum prædicatores,non porrigitur prohitio illa:imo tales fra-
6 tres alias noua poſſunt acquirere loca. † Vnde diſtingue caſus, & concordabis ſcripturas &c. Sunt.n. vitandæ legum correctiones pro poſſe: imo inuicem concordandæ:ne videantur contrariæ.C.de inoffi.doti.l.i.&.ff.de legi.l.non eſt nouum,cum ſequenti,& ſequenti.nã quod non mutatur &c.ſecundum iura vulgaria.

Concluſio ergo,eſt breuis & vera: Aut loquimur regulariter de mẽdicantibus etiam approbatis.& in eſt prohibitio generalis de omnibus nouiter acquirendis.Exceptis carmelitis & heremitanis.vt d.c.i.de religio.dom. Aut de prædicatoribus ſiue minoribus,tunc antiquitus licebat noua acquirere loca, vt dicto.c.nimis.§. ad hæc.Hodie vero diſtinguẽdum eſt quòd Aut ipſi prædicatores,vel minores,noua volunt acquirere loca:principaliter propter diuina offitia ibidem celebrãda,iuraque parrochialia illic exercenda,& eccleſiaſtica ſacramẽta, ac alia miniſteria agenda.res,iuraq; eccleſiæ conſeruãda, & ſic principaliter aliàs quàm ad habitãdum.& tunc poſſunt etiam proculdubio abſq; ſpeciali
7 licentia obtinenda à Sede Apoſtolica.† Attenditur.n.magis quod principaliter agitur: & nõ quod in conſequentiam &c.quo caſu ſi loca illa antea forent nõ eccleſiaſtica:imo prophana, & tantum modo laycalia.ſufficeret ad hæc conſentire vniuerſum populum.nec oporteret habere Dioceſani conſenſum:puta ſi forſitan ciuitas,caſtrum,vel villa,vellet in ſuo nouum fabricari conuentum fratrum prædicatorum,vt d.c. nimis quòd eſſet aliàs eccleſia Dioceſano ſubdita,vt noſtro caſu,tunc oporteret habere dioceſani conſenſum,& poſſet concedere eccleſiam, &e ius iura parrochialia.Saluo ſemper iure ſuo, puta eo quòd forſitan preſtabatur à parrochiano ſibi & ſucceſſoribus ſuis.& ita intelligitur illud capitulũ primũ.§.ſanè extra de religio.do. lib.vi.Aut acquirere volũt nouam domum, ſeu quæcunq; loca,ad inhabitandũ: tunc aut ibi nõ eſt alia religioſorum habitatio: & tũc etiã poſſunt proculdubio.& ſi quadam ex conſequentia contingeret,loca illa per eos fore inhabitata:populo tamen conſentiente ſolo. ſi fieri deberet in ſuo:& ſi in eccleſia oporteret fieri etiã de conſcientia & voluntate dioceſani.nec vltra foret requirenda ſedes Apoſtolica,vt d.c.vnico de excesſi.præla.lib.vi.in fine Aut ibidẽ ad ſunt etiam aliorum habitationes religioſorum:tunc aut ſunt adeo remota,quo veriſimiliter nõ poſſunt eſſe ſcandala:& idem quod ſupra. Aut ſunt religioſorum habitacula vicina.Et illo caſu aduertendum venit: quòd ſi totus populus & illa religio.cum Epiſcopo.(vt ſupra)conſentit.Idẽ eſt per omnia.cum etiam tunc ceſſarent ſcandala.alioquin ſecus. Quo caſu vltimo reſtringitur illa prohibitio facta etiam prædicatoribus, & minoribus in d.c.vnico de excesſi. præla.lib. vi.cum cle.cupientes.primo reſponſo. Quibus ex omnibus noſtrum infertur ad propoſitum, quòd poteſt ſacerdos ſupraſcriptæ eccleſiæ curatæ habitum fratrum prædicatorum ſuſcipere.& eius eccleſiam illi conuentui dedicare vniuerſo populo & Dioceſano cõſentiẽtibus abſq; alicuius alterius cõſenſu.nec ſedis Apoſtolicæ. Simul duplici ex ratione.prima,quoniã principale propoſitum ſacerdotis,eſt ſuſceptio nouæ profeſſionis: ac ſua in eccleſia amplioris celebrationis diuinorum officiorum,quoq; eccleſia ſticorum ſacramentorum,& aliorum iuriũ maximè parrochialium plenius curandorum, q̃q̃ ex conſequentia eorum contingit futuras ibidem habitationes fratrum prædicatorum,quo caſu attenditur quod principaliter agitur,ideſt augumẽtum deuotionis ſtatus eccleſiæ,& celebrationis diuinorum officiorum & aliorum de quibus ſupra.Non quod contingit ex cõſequẽtia,ideſt fratrum ibidem habitatio futura.Inſuper & ſecundo,quoniam hic non ſunt religioſi: vnde vicinitas religioſorum non eſt ad impedimentum. Amplius quoq; ſi forent religioſi:ſatis eſſet,quòd eſſent ſufficienter remoti. quinimo ſi forent vicini:ſufficeret & eorum conſenſum adhiberi.

SVMMARIVM.

An legitimatus à Papa,ſuccedat in feudo eccleſiaſtico per Epiſcopum ſibi collato?

1 *Legitimatus à Papa, an ſuccedat in feudo eccleſiaſtico:per Epiſcopum ſibi collato?*
2 *Legitimatio layci.ex terris imperij,facta per Pontificem:an valeat?*
3 *Statutum alicuius ciuitatis, an poſſit perſonam non ſubditam habilitare?*
4 *Papa vel Princeps,de iure gẽtium,ſine iuſta cauſa, an tollere poſſit quod alteri competit?*
5 *Preſuppoſita Principis poteſtate: citare & conſentire debent in quolibet actu:ibi de quorum præiuditio agitur.*
6 *Legitimatio spurij differt,an fiat viuente vel mortuo patre?*
7 *Papa diſpenſando, an derogarè poſſit iuri cius, quæ non eſt iuriſdictionis?*
8 *Papa per ſuum reſcriptum:an intelligatur derogare conuentioni partium: aut ius, ex conuentione quæſitum:tollere?*
9 *Diſpenſatio quæ contra ius eſt: ueniet ſtrictiſsimè interpretanda.*
10 *Diſpenſatio non debet extendi ad alterius præiuditium:quatenus non eſt expreſſum.*
11 *Spurij,& adulterini prohibentur per Principis reſcriptũ*

ſcriptum legitimari.

12 *Princeps, illigitimè natos: ad feudi ſucceſſionem, ſpetialiter an habilitare poſſet?*

13 *Legitimatio facta in uita patris, patris tamen con ſenſu, an citationem exigat?*

14 *Pontifex in omnibus quę ſpectant ad eccleſiæ patri monium: tam in ſpiritualibus, quã temporalibus: cum illegitimè natis, diſpenſare poteſt.*

15 *Actus iuriſdictionis uoluntariæ, an in non subditos exerceri poſsit? & in nu.17.*

16 *Papa omnes laicos legitimat: quo ad ordines.*

17 *Legitimatio facta per Imperatorem: utrum ualeat ad ſucceſſionem bonorum: quæ sunt in territorio eccleſiæ.*

18 *Appellatione hæredum, an comprehendantur etiã naturales, & spurij, legitimati ad feuda?*

19 *Conuentio in inueſtitura, quòd decedente ſine filijs, ſuccedat talis: an de natura in ueſtituræ: intelligatur ſine filijs legitimis: uel ad feuda legitimatis?*

20 *Conditio adiecta diſpoſitioni: intelligitur ſecundũ naturam diſpoſitionis.*

21 *Feuda iure ciuili scripto: ſiue consuetudinario, sunt inuenta. De iure autem gentium erant ĩcognita.*

22 *Princeps an poſsit derogare iuri eorum, qui deberent poſt mortem patris feudo ſuccedere?*

23 *Promiſsio legis an factum hominis suppleat, uel ipsum interprætetur?*

24 *Generalis derogatio, an ſit generaliter intelligẽda?*

25 *Succeſſionis uerbum, an generale ſit?*

CONSILIVM. XX.



NIESV CHRISTI noſtre Amẽ. Reuerendus Pater dominus Epiſcopus Vincen, inueſtiuit quendã B. de quadam portione feudi ad ſe deuoluta, pro ſe & hæredibus ſuis legitimis vtriuſq; ſexus. vt ex

1 tãtibus maſculis fœminę nõ ſuccedãt: † Sed maſculis defitientibus admittantur: hoc pacto, vt ipſo. B. decedente ſine liberis legitimis, & naturalibus dictum feudum libere reuertatur in ipſum Epiſcopum, & ſucceſſores, nulla ex præcedentibus inueſtituris obſtante, Sed hæc ſolum pro noua & nouisſima inueſtitura habeatur, reputetur &c. Deinde idem. B. renuntiauit medietatem dicti ſui feudi in manibus prefati domini Epiſcopi vt. S. inueſtiatur de dicta medietate &c. vnde dictus Epiſcopus inueſtiuit dictũ S. de medietate: & ipſum. B. de alia medietate pro indiuiſo pro ſe, & ſuis hæredibus tam maſculis, quàm fœminis. ita quòd ſuperuenientibus maſculis legitimè deſcendentibus: ad fœminas non tranſeat, ſed maſculis defitientibus, fœminis acquiratur. & vno iſtorum vaſſallorũ decedente ſine filiis (vt dictum eſt:) alter ſuperueniens ſuccedat poſt hæc piæ recordationis Alexander. v. ad ſupplicationem. P. filii dicti. S. de medietate ficti (vt ſupra inueſtiti) illegitimè nati ex dicto. S. coniugato, & ſoluta, & ad ſupp. dicti. S. patris diſpenſauit: vt dictus. P. non obſtãte prædicto defectu natulium, cõſtitutionibus Apoſtolicis, legibus imperialibus, ſtatutis municipalibus, & aliis iuribus quibuſcunq; contrariis, dictus. P. liberè & licitè, valeat ĩ quibuſcũq; feudalibus dũtaxat quæ idem. S. genitor ſuus ab eccleſia Vincentina in feudum tenet: etiam cũ præiuditio illorum, qui in huiuſmodi feudis deberent de iure ſuccedere ſi dictus. S. genitor decederet. quibus in hoc voluit ſpecialiter derogare: peride ac ſi de legitimo matrimonio procreatus eſſet (vt in eis literis plenius cõtinetur) Nouisſimè etiam, ſanctisſimus dominus Martinus Papa præſens ad ſupplicationem dictorum S. genitoris, & P. filii mentionem facientem de diſpenſatione domini Alexãdri: ratam habuit, & confirmauit prædictam diſpenſationem: nõ obſtantibus omnibus illis, quæ dictus Alexander non obſtare voluit, cæteris contrariis quibuscũq;, prout in eius etiam literis plenius continetur. Quæritur nunc an ſæpedictus. P. virtute harum diſpenſationis, & confirtionis Apoſtoli carum: poſsit in huiuſmodi feudo paterno ſuccedere? non obſtantibus inueſtituris de quibus ſupra.

In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiusq; glorioſę genetricis, Cum cõſtet ſpurios patri ſuo non ſuccedere in auth. qui. mo. eſſi. ſui §. fi. coll. vii. &. C. de inceſti. nupti. auth. ex complexu. & quod fortius eſt in huiuſmodi feudis, etiam legitimati non ſuccedãt. ſi de feu. defunc. nulli. c. naturale. Rectè quæritur an ſæpedictus. P. virtute diſpenſationis, & cõfirmationis Apoſtolicarum, poſsit in feudo paterno ſuccedere? vbi prima facie videretur quòd nõ, primum ex

2 eo, quòd cum ipſe ſit laicus † & in terris imperii, non potuit per ſumum Pontificem legitimari: ſecundum ea quæ plenè habentur qui fi. ſint legi. c. per venerabilem, & per Bal. C. de iure aure. anul. l. i. quod firmatur ex illa vulgari doctrina de qua præcipuè per Bar. & Bal. C. de ſumma

3 trini. l. i. videlicet quòd ſtatutũ ciuitatis † nõ poteſt perſonam non ſubditã habilitare argu. l. i. in fi. de tut. & cur. dat. ab hiis &. l. etiam de tutel. & ibi nota. Secundo quòd & ſi papa eum legiaimare poſſet non tantum ius alteri compe-

4 tens ex conuentione, & forma † inueſtituræ debuit poſſe tollere. cum competat de iure gent. quod quidem non poteſt Princeps ſine iuſta cã tollere inſti. de iure nat. §. ſed naturali & not. p glo. C. de præci. Imperat. offe. l. quotiens & ibi per Doct. & in l. reſcripta. eo. tit. &. l. fi. ſi contra ius vel vti. pu. & per Innocen. de conſti. c. quæ in in eccleſiarum. Tertio, quòd ſuppoſita etiã po-

5 teſtate Principis. † citari debuerunt, & conſentire, hii de quorum præiuditio agitur. videlicet B. ff. de nat. reſt. l. pe. & fin. & not. Bar. de liber. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tm̃, & Bal. in rubrica. C. de no. co. compo. §. iuxta hoc quæritur. dicẽtes quòd vbi legitimatio fit poſt morté patris.

quia

quia ius erat quæsitũ in spe proximioribus ab intestato:quod nõ poterat auferri. exigitur eorum citatio & consensus. secus autem si legitimatio fiat in vita patris, illa.l.ratione, quia ius non erat quæsitum proximioribus etiam sub
6 spe.† cum posset pater testando, dissipando,vel in mare iaciendo auferre illis auth.& si pater tempore legitimationis existeret & consentiret.tamen cum non posset alienare:aut dispone re in præiuditium ipsius.B.de alie.feu.c.i.& de succesſi.feu.c.i.§.i.sequitur quòd debebat exigi citatio & consensus ipsius.B.cui erat ius quæsitum ex forma inuestituræ.saltim spe.& ecclesiæ Vincen.ad quã debebat reuerti. in subsidiũ. ad hoc etiam facit quia.B.laicus non subest iu-
7 risdictioni propriæ.dispensatis.† & sic non potuit eius iuri derogare.de iudi.c.nouit.de appell.c.si duobus cumsi.Quarto, quia Papa non intelligitur per suum rescriptum conuentioni partium derogare aut ius ex conuentione quæ
8 situm tollere † nisi de ea faciat mentionem extra de deci.C.ex multiplici. hic autem nullam fecit mentionem:licet sub generalitate dixerit, & cum præiuditio illorum qui in huiusmodi feudis deberent de iure succedere.si dictus S.genitor decederet.quibus voluit in hoc spetialiter derogare &c.Cum enim præsumptio sit nõ velle derogare conuentioni:nisi de ea continea tur .facienda fuit spetialis mentio,iuxta ea quę habentur de leg.iii.si quis in princ. eo magis q
9 huiusmodi dispensatio, quæ contra ius est † strissimè venit interprætanda de fil.præsby.c.i.lib. vi.debuit ergo intelligi de hiis,qui in huiusmodi feudis deberent de iure succedere.s.ex natura feudi.puta de fratribus & aliis. cum feudum esset auitum:non autem de hiis,qui ex conuentione,præcipuè,quia ipse.B.non venit iure succesionis sed accrescendi.x.coll.de fra.de no.benefi.inuesti.c.ii.& per Bar.de verbo.obli.l.si mihi & titio.& ipso.B.deficiente, ecclesia Vincentina venit cum feudum finiatur : & vtile dominium directò consolidetur. non iure succesionis & sic illa clausula derogatoria iuri eorum, qui deberent succedere in feudo:non compræ-
10 hendit hunc casum.† cõsequenter dispensactio nõ debet extendi ad alterius præiuditiũ: quatenus non est exꝑssum.C.de emãcip.lib.nec auus ff.ne quid in lo.pu.l.ii.§.si quis à princi.& mæritò Postremo, in huiusmodi dispensatione quæ
11 regulariter prohibita est: † cum prohibeantur tales spurii,& adulterini,etiam per rescriptum Principis legitimari.in auth.qui.mo.na.effi.sui §.fi.non videtur sufficere generalis clausula derogatoria cõstitutionum,legum, statutorũ &c. sed debuerat interuenire specialis derogatio auth.qui.mo.na. effi.sui.& qui.mo.na. effi.legi. &.C.de naturali.l.i.& ꝓ totũ.& de ince.nup.per totũ.& maximè auth.extra de complexu.& dicto.C.natur.li.si de feu.defun.& postea subiici clausula generalis : quod videtur sentire glo.in dicta auth.ex complexu & in.l.si quis in princi. de leg.iii.C.de testa.auth.hoc inter liberos.de transac. causas vel lites & in pluribus locis.& Bal.C.de fideicom.l.eam quam & Albericus ponens formam talis illegitimationis. C.de naturali.libe.l.humanitatis ad fi.

Cæterum hiis non obstantibus, dicendũ puto:eũdẽ.P.in huiusmodi feudo succedere.† Cõ
12 stat enim Principem etiam illegitimè natos ad feudi succesionem spetialiter habilitare posse. vt not.glo.& Doc.in sæpedicto c.naturales ita de facto accidisse Mutinæ &c.& licet ibi loquatur de naturalibus tamen idem secundum omnes de spuriis,& aliis illegitimis.vt ibi per Bal. & per eum.C.de fideicom.l.eam quam.Subest enim eadem potentia:& quottidie de facto subicitur,& voluit expræsse Albericus in d.l.humanitatis Illud etiam certum est:per huiusmodi legitimationem ad feuda nisi feudum ab ipso Principe concessum esset:& ad eum reuerti deberet: semper alteri præiudicari.vel filiis legitime natis.qui soli essent succesſuri .vel agnatis si feudum erat auitum & sic debebant seccedere vel domino feudi, ad quem saltim debebat reuerti.succesione finita.Nec quisq; dixerit in huiusmodi legitimatione spetialiter ad feuda citationem, aut consensum eorum ad quod venire debuerat: exigi.Si enim interuenisset consensus eorum:non fuisset, quæstio,cuius mæmi nit glo.in d.c.naturales.nec glo.& Doc.ibi hoc exigũt.nec Bal.in d.l.eam quam , & Albericus in d.l.humanitatis.Quinimo Bar. & Bal.& om-
13 mnes , vbi legitimatio sit in vita patris:† de patris consensu.determinant citationem non exigi.ar.in.l.Gallus.§.& quis si tantum de lib.& posth.& Bal.ff.de adop.l.nam ita diuus.& C.de iur.& fac.igno.l.ii.in fi.& quibus res iudi.non noc.l.fi.nec faciunt differentiam inter feudum, & alodium.Certum est etiam summũ Pontifi-
14 cem † cum illegitime natis quo ad omnia quæ ad ecclesiã spectant : & quæ sunt in patrimonio beati Petri:dispensare posse.tam in temporalibus,cũ ĩ hiis & summi Põtificis autoritatẽ exerceat & summi Principis ex equatur potestatem vt dicto.c.per venerabilem. & de appellatio.si duobus viui.q.iii.cum cũcta per mundum cumsimi. Nec obstat quòd.P.de quo agitur laicus sit:& in terris Imperii primum enim dubium est.an Papa possit legitimare in teris Imperrii & cotra Imperator in terris ecclesię.Iaco.enim de Beluisio disputans hanc questionem: terminauit quòd possit quasi iste sic actus iurisdictio
15 nis voluntariæ.† qui etiam in nõ subditos exerceri potest.vt plene per eum in auth.quib.mo. na.sui.effi.& eam simpliciter refert.Ioan.And. d.c.per venerabilẽ : & sic videtur sequi.Ad hoc etiã facit quod idem Ioan.And.in eo.c.in glo. super verbo requisisti.vbi vult quòd Papa legitimet: quo ad temporalia consentiente patre laico.vt hic fuit.& quo ad feudalia consentiente

domino

domino feudi: & idem Ioan.And.in glo.super verbo casualiter.ad fi.si ergo in feudo temporali hoc facere potest ad requisitionem petentis: & domino consentiente.fortius in feudo ecclesiastico: in quo ipse est dominus dominantium vt supra Bar.etiam sequutus fuit cõsulendo (vt refert) Bal.in rubrica de no.co. compo.C.de iure aure.anul.l.i.Ceterum & si Papa nõ posset
16 legitimare non subditum: quo ad bona quæ sũt suæ iurisdictionis, tamen quo ad ea quæ sunt iurisdictionis ecclesiasticæ: qualia sunt feuda de quibus agitur.Nemini dubium est Papam etiã laicum & non subditum posse legitimare.vt in d.c.per venerabilem.& ibi Ioan.And.super glo. ii.vbi vult, quòd quando proles est genita ex coitu non matrimoniali:potest legitimare:quo ad suum forum.dato quòd nõ sit locus de temporali iurisdictione ecclesiæ &c.& patet ibi, qa laicos omnes legitimat † quo ad ordines: & hoc expsim voluit ipse Bal. in ẽpedicta.l.cũ q̃ in.§.consuevit esse quæstio nũquid Imperator, dicens quòd vbi legitimatus est per Imperatorem:& bona sunt de terris ecclesiæ,valet legitimatio quo ad illorum bonorum succesionem.
17 quę sunt in territorio Imperatoris:† non illorũ quæ sunt in territorio ecclesiæ.per.l.cum vnus. §.is qui.de bo.auc.iudi.pos.Hoc etiam voluit expræssẽ idem Bal.in d.rubrica de no.co.compo.& sensit in d.l.i.iur.anul.cum dicit quòd nõ potest exerceri voluntaria iurisdictio inter non subditos.& de rebus non subditis.Non obstat quod dicebatur non posse habilitari personam non subditam:quia id non habet locum quãdo habilitantur respectu rerum quæ sunt sub iurisdictione habilitantis: & est actus voluntariæ iurisdictionis: & fit eo consentiente.vt in proposito.C.de prædi.mino.l.si prædium.de excu. tu.l iurisperitos.§.cum oriundus not.de re.eo. l.magis puto.§.illud.Non obstat quod dicebatur secundo,Papam non posse tollere ius alteri competens. & sic de iure gen.Nã primum aduertendum quòd hic non dicitur iuri alterius derogari:cũ enim inuestitura facta fit in ipsum.
18 §.pro se & suis hæredibus.† appellatio suorum hæredum compræhendit etiam naturales & spurios legitimatos ad feuda vt supra.cum sint filii veri (siue ius naturale, siue ciuile inspitiamus) vt in toto auth.qui.mo.na.effi.legi.& qui. mo.na.effi.sui.& facit quod no.Bar.de vsucap.l. si is qui pro emptore in.iii.principali.quæstione circa finem. Conuentio ergo vt ipso .S.
19 decedente sine filiis † succedat.B.intelligenda secundũ naturã inuestituræ.s.sine filiis legitime natis.vel ad feuda legitimatis.secundum ipsam inuestituram.de verb.ob.l.ita stipulatus.&.l.si
20 homo mortuus cumsi.† vbi condictio adiecta dispositioni intelligitur secundum naturã dispositionis.non ergo per huiusmodi legitimationem, iuri alterius derogatur.sed excluditur huiusmodi pactum,& substitutio ex defectu cõ dictionis quod ẽt deducitur euidẽter.Nã si facta sit alteri substitutio, si decesit sine liberis nõ potuit ipse facto suo derogare iuri fidei commissi.& tamen si fecerit filios spurios legitimari fidei cõmissum excluditur vt not. Ioan.And. secundum Iaco.de are.in Spe.de succes.abinte stato ab fi.& Bal.de lib. & posth.l.Gallus.§.si eius ad fi.dicens ita disputatum, cum sit facta mentio filiorum simpliciter,vel filiorum legitimorum.licet alibi aliter dixisse videatur.Quin etiam negari potest aliquod ius cõpetisse eriã in spe ipsi.B.nam & si Episcopus Vincentinus apposuerit hoc pactum in inuestitura vt.B.&.S. altero eorum mortuo, inuicem sibi succedant. tamen hoc pactum per quod fit deterior conditio ecclesiæ:ad quam altero mortuo reuerti debuerat,non tenuit.cum nec illa sit consuetudo infeudandi secundum ea quæ not.Bar.C.de de sacro sanct.eccle.auth.qui rem & Bald.eo.ti. auth.si quas minas.& de reb.eo.l.si pupillorum §.fi.facit optime.x.col.qui succes. tene.præcipue cum feudũ naturam sumat.c.vno & hic potest esse titulus.qui succes.tene. cum feudum. natura sui non tranleat ad alium, etiam simul inuestitum nisi quando duo fratres simul sunt inuestiti:& hoc nosatim actũ est:vt inuicẽ succedant &c.iuxta ea q̃ hñtur,qui feu.da.possunt.§. sit autem vnus.& de fra.de no.benefi.inuesti.c. i.Cæterum posito quòd dictum pactũ valuerit tantum non dicitur hoc competere de iure.
21 gen.† quo ista feuda erant incogita: sed iure ciuili scripto,siue consuetudinario,quo feuda inducta sunt.vt not. in prohemio feudorum.vbi est etiam aduertendum quòd tale pactum potius operatur ex benefitio domini: & iure succesionis.& quadam legis prouidentia,quam iure pacti vel accrescendi, vt not.Bal. qui feu.da. po.§.& quòd vers.Sed hic quero,vtrũ frater fratri succedat in feudo.vbi plenè per eũ Propterea istud ius nondum dicitur quæsitum re, nec spe,viuente ipso.S.ar.de libe.agno.l.fin.&.C.de pact.l.fin.& de lib.leg.l.post emancipationem. & dato,quòd esset quæsitum re: & de iure gent. posset tamen Princeps ex causa quæ præsumit: tollere secundum quod not.in d.l. quotiens & l.rescripta &.l.fi.si cõtra ius. & præcipuè in proposito,clarissimũ est:quia cũ inuestitura esset facta pro se, & hæredibus tam masculis, quàm fœminis & in defectum descendentiũ, ipsi.B.&.S. deberẽt sibi succedere. quòd filius legitimatus non compræhendatur sub nomine hęredum in feudis:procedit de iure ciuili,& ab illo.c.naturales sæpius allegato.Et cum hac limitatione,si non legitimetur specialiter ad feuda, vt ibi nota.non potest ergo dici præiudicari ipsi.B.qui debebat succedere:cum pactũ succesionis suæ hanc habeant tacitam cõdictionem, (vt supra) Non obstat quod tertio dicebatur:debuisse citari eos,de quorum præiuditio agitur: nam cũ ista legitimatio facta fuerit in vita patris, & de

cõsensu

consensu patris,non exigitur citatio:nec consensus.ff.de ritu nup.l.qui in prouintia.§.fin.Et
22 prædictum est præcipuè † cum Princeps specialiter noluerit derogare iuri eorum qui deberet in feudo succedere.quòd potuit;& post mortē patris,vt d.l.ii.de natal.resti.& not. Bar.in d.§. & quid si tantū.Id etiam non obstat quod dicebatur quòd.B.laicus non subest iurisdictioni Papę dispēsantis:& sic nō potuit iuri eius derogare.quoniam subest,ratione feudi.de quo agitur.de sen.& re.iudi.cle.pastoralis.de iudi.c.cæterū & ibi not.nec agitur propriè de eius prę-iuditio:cum conuentio sua intelligatur, vno decedente fine filiis.etiā legitimatis ut supra.Non obstat quod ad quarto dicebatur. Papam non intelligi per rescriptum, conuentioni partium derogare(quoniam vt dictum est)non derogat partium conuentioni:quæ est in defectum filiorum etiam legitimatorum (vt prædictum est) sed filios ipsi.S.aquirit. & condictionem pacti facit deficere.vt in simili iquit tex.ff.de vsur.l.si quis solutioni.§.fin.de bo.auth.iudi.poss.l.cum vnus.quod vi.aut clam.l.prohibere. cum si.Nec ea fuit intentio illius conuentionis, filios qui alias vocarentur: excludere.sed in defectum filiorum,vbi feudum ad ecclesiam rediret:alium substinere.Quam ob rem illa cōuentio , quæ in defectum adhibita est:nō debet impedire quominus legitimatus veniat:qui aliàs de iure veniret exclusis hiis,ad quos feudum deuolueretur. arg.de iure codi. quod per manus. de constitu. eccle.factæ mariæ.Nam & cum illa conuentio. id operet:vt iure successionis veniat, qui alias excluderetur.quemadmodum legitimatio hæc potens est eos excludere,qui venirent iure successionis sine pacto.Ita & fortius eos excludit, qui pacto ad successionem admittuntur.quoniam vt inquit Bal.& prędallegato.§.& quia vidimus.qui feu.da.po.& voluit glo.relata ad text. pactum operatur vt veniat ex prouidētia legis.
23 & iure successionis.Et prouisio legis † supplēs factum hominis,vel ipsum interprætās: & cum generalis sic derogatio summi Pontificis omnibus succedere debentibus in feudo:generaliter
24 † erit intelligenda.de testamen.l.nulli.l.in fraudem.§.fi.de lega.præstan.l.i.§.generaliter cum sim.Præcipuè cum addiderit illam rationē,vt p inde admittatur, ac si de legitimo matrimonio procreatus esset : nec verum est quòd ipse nō veniat iure successionis,venit.n.iure successionis.vt in prædalleg.§.sinautē vnus qui feu.da.
25 po.& ibi per Bald. præcipuè † Cum successionis verbum generale sit: extra de testa.c.Rayn. de fideicom. liber.l.nō tantum. cum multis si. Quod autem vltimo dicebatur specialem derogationem interuenire debere in huiusmodi legitimatione:non est verum,nec cōmuniter approbatur:sufficit.n.dicere,non obstante lege.vt not.glo.C.de nup.l.Imperialis.§.similes de nat. l.i.de testa.l.si nō speciali.& Cyn.& alii.C.si cō-

tra ius: vel vti.pu.l.fi.& in d.l.si quis in princip. testamenti de le.iii.& vtrobiq; Alber.& Bar.in dictis.l.fi.&.l.si quis in princip.concordans opiniones,vult sufficere, si dicat non obstante aliqua lege quæ in contrariū loqueretur,vt in proposito fuit.Sufficit.n.secundum eum mentio in spē.licet non in diuiduo . Quinimo secundum Bal.in d.c.naturales,non exigitur etiam clausula generalis,non obstante lege.quādo Princeps scribit spetialiter,& ex certa scientia,vt in proposito fuit.Restat ergo concludendum sæpedictum.P. ex huiusmodi dispensatione apostolica.ad feuda.quæ pater ab ecclesia Vincen.obtinebat:admittendum.non obstantibus conuentionibus,quòd feudum reuerteretur ad ecclesiam Vincen.vt in prima inuestitura præmissa. & quòd.B.deberet succedere ipsi.S.vt in secunda.(vt ex superioribus euidenter apparet.)

Et ita dico & consulo.

SVMMARIVM.

An per testes singulares, probetur quis vsurarius manifestus?

1 *Vsurarius manifestus quis, an probetur per singulares testes?*
2 *Vbi est difficultas probationis: an sufficiat probare per inditia,argumenta,seu presumptiones:& nu. sequenti.*
3 *Filiatio an per coniecturas probari possit?*
4 *Contra usurarium, an sufficiat probare per coniecturas?*
5 *Testes non singulares,sed contestes,an probent?*
6 *Quilibet testis etiam singularis:an præsumptionem inducat?*
7 *Testes singulares, propter probationis difficultatē: an probent?*
8 *Libro alicuius,an stetur contra se,uel pro se?*
9 *Quæ singula non prosunt: iuncta simul an ualeant?*
10 *Episcopus, an aliquid statuere etiā in sinodo possit contra canonicos,& canonica instituta?*
11 *Lex superioris,an tolli, modificari,mutari,uel detrahi,per inferiorem possit?*
12 *Episcopus & Archiepiscopus in suis dioceſi & prouincia:an facere possint statuta,& sinodales constitutiones?*
13 *Episcopus nil potest,in his quę sedes apostolica sibi reseruauit:sine spetiali mandato,neq; contra solemnia consilia, & quæ cōmuniter obseruantur.*
14 *Episcopus ubi pœna de iure defuit, an per pœnale statutum, exagerare possit,nouam imponendo:& ueterem augendo?*
15 *Episcopus, ad morum coertionem,ius cōmune supplendo,statuta præceptoria, & prohibitoria facere potest.*
16 *In ore duorum,uel trium,stat omne uerbum.*
17 *Statuta episcopalia, ius cōmune adiuuantia,& declarantia,etiam pœnarū fulminantia,an ualeāt?*
18 *Liber usurarius est efficax argumentum:& euiden-*

+ & x testes singulares, ꝙbent Caldeo. cons 171 alias 5. de testib. Bald. cons. 465 n.7 nec. et confirmat. lib. 4 Cast. tan. cons. 374 n.72 et seq. et q. ꝙbent usurariu manifestu Bald cons. 465 n.5 a seq. lib.

tissima probatio usurariæ prauitatis.

19 *Vsurarius, an per solum librum retentum, & repertum in capsa: excõmunicari possit?*

CONSILIVM XXI.

IN IESV CHRISTI noie Amẽ. Factum sic se habet in constitutione Metropolitana Quæ viget per vniuersam prouintiam Mediolanen. & quæ incipit, vsurarũ voraginẽ vtriusq; testaméti pagina reprobatã &c. talis particula cõtra videlicet, illos. nam q; quo ad prædicta declaramus vxurarios manifestos, de quibus per parochiam quã inhabitauerint vel morirentur: fama publica fuerit, extorsisse vxoras aliquibus iurantibus, etiam in absentia vxurarii. Corã ipso vicario, vel sacerdote, illum vsurarium extitisse, vel de quibus vsuras recipisse: per confessionem ipsorum, aut per idonea argumenta, seu alio legitimo modo apparebit &c. modo. A. vsurarius decessit cõdito testamento, & non præstita aliquali cautione secundum formam iuris cõmunis, nec secundũ formam constitutionis prædictæ. quod testamẽtum vult dici nullum: & non valere de iure. maxime secundum formam prædictæ constitutionis. Et habentur testes quam plures probantes prædictum. A. vsurarium extorsisse vsuras: qui tamen singulares sunt, & deponunt de extorsionibus eis singulariter factis: qui tamen omni eorum cõmodo renuntiauerunt. Hoc etiam probatur per librum rationum. prædicti. A. vsurarii nouiter penes hæredem qui succederet ab intestato, repertum.

1 Quæritur † an per huiusmodi probationes, & argumenta prædicta, probetur dictũ. A. fuisse vsurarium manifestum: vt sic sit satisfactum constitutioni prædictæ, & succedat & verificetur dispositio ipsius constitutionis, An ne?

Ad quæsitum præmissum respondetur: quòd per dicta testium prædictorum probatur dictũ A. tempore dicti testamenti fuisse vsurariũ manifestum: quod probatur. puto, attenta dispositione iuris cõmunis. Nã vbi est difficultas pro-

2 bationis † sufficit probare per inditia, seu argumenta, seu ꝑsumptiones. sicut in filiatione, quia difficilis est ipsius probatio. vt. l. Iutius. ff. de con-

3 di. & demon. † sufficit probare per coniecturas: ipsam: vt quia (vicinis scientibus) natus est i domo. vt. l. si vicinis. C. de nup. & l. filium. cum ibi not. per Doct. inter quos est Iaco. Butri. & pro hoc faciunt not. per Cyn. & alios Doc. in l. si qñ c. vnde vi. & per glo. & Doct. in l. actis versi. planè. ff. de in litem iurando. ideo quòd Iaco. Butri. dicit in l. neq; natales. C. de ꝓba. quòd vbi adest difficultas probationis: quòd sufficit probare per coniecturas, interdum etiam per sacramẽtum partis. Et pro hoc faciũt not. per Nyc. matta. Cy. Albericum & Bar. in l. i. C. de senten.

quæ pro eo quod inter. proferuntur. circa finẽ eorum apparatus, vbi dicunt quòd propter difficultatẽ probationis interesse: inde debet probationes per coniecturas admitere, & finalem sibi aliter non potest veritatem ipsius interesse percipere. debet per sacramentum partis eam percipere. Modo in proposito difficilis est probatio talis: videlicet probare quẽ vsurarium manifestum. quia eorum actus ita occultè faciunt, quòd vix conuinci possunt. vt in cle. i. de vsuris & not. Hostien. in sũma de vsuris. §. quot sint ꝑ speties vers. xi. probatio fit per coniecturas. ergo attenta difficultate probationis, quia non plus vocant testes vsurarii, in suis, actibus vsurariis, quam faciunt fures. vt not. Hostien. in d. vers. xi, debet sufficere probare per inditia seu præsumptiones. (vt ibidem) & quòd sufficiat

4 † contra vsurarium ꝓbare per cõiecturas: clare tenet Ioan. And. in c. quãquam de usuris. lib. vi. & Ray. in fi. apparatus sui in nouella, vbi dicit. quòd ad probandum quòd contractus sit vsurarius: sufficit probare quòd ante ipsum contractum, & post, solitus fuit facere talia in instrumentis. præsumitur enim. qnòd istius coniecturæ modus sit similis aliis præcedentibus: & sequentibus. Aut ergo dicemus, quòd prædicti testes sunt non singulares, † sed contestes, & clarũ

5 † est. qnòd probant. vt. l. vbi numerus. ff. de testi. Aut dicemus, quòd sunt singulares: & tunc, licet aliàs testes singulares nõ plenè probent. vt no. per glo. in l. i. C. qui numero tutelarum. probatur in c. cum dilecti, aliàs cum dilectus circa medium de elactio. & in c. bonæ lo grande. eo. tit. in c. literis. de testi. tamen propter difficultatem

6 probationis, diceretur plenè probare †. Nam non est dubium: quòd quilibet testium etiam singulariũ, inducit ꝑsumptionẽ: & sic tot sunt ꝑsumptiones, quot sunt testes ꝓp igit talẽ difficultatẽ. Sufficit talis ꝓbatio ꝓ tales cõiecturas ĩductas: per testes singulares. etiam ex dispositione iuris cõmunis. quantum ad probandum ipsum sic fuisse vsurarium. Sed ex dispositione dictæ cõstitutionis, etiam ad probandum eum vsurariũ manifestum: dum in ea dicitur per argu. &c. & sic prẽsupposito modo probandi manifestum vsurarium, ex dispositione dictę constitutionis: succedit ex dispositione iuris cõmunis quòd etiam dicta argu. sunt probata per dictos testes singulares. (vt supra probatũ est) Tamen dicti testes non sunt singulares sed contestes: quia concordant in fine, ad quem probandum tendunt: videlicet in eo, quòd ipsum. A. intendunt concludere fuisse vsurarium manifestum. Ad hunc enim finem tendunt, & pars volens irritare testamentum prædictum, & testes ad hoc probandum inducti, & per consequens, non sunt singulares: sicut dicimus in possessione seu ꝓbatione eius: vt nota. glo. in l. crimen. §. si testes. ff. de testi. & in possessione iurisdictionis, & probationis: ipsius iurisdictionis, & probatur hæresis, & similiter

ter in probatione in regularitatis,propter cantationem factã per excõmunicatum. vt plenè not.Inno.in.c.qualiter & quando de accusatio. & præmissa conclusio ad literam probatur.per not.per Bar.in l.i.§.fin.circa medium apparatus sui.ff.quemadmo. testa. apperiantur.& Bal. in l.qui testamento.§.fin.ff.de testa.& in dicta.l. i.§.fi.& per not.per Alber.in d.l.ob carmen.§.si testes,& nouas enim semper cautelas ad inueniunt, vt eorum actuum veritas occultetetur. vt not.Ioan.And.in nouella in.c.ad nostram de contrahen.emp.& Ioan.de Lignano in dicta clemen.i.Coucludo ergo,q; per tales testes probatum est:quòd iste.A.erat vsurarius tempore dicti testamenti,& hoc etiam ex dispositione iuris cõmunis:& manifestus ex dispositione constitutionis prædictæ.Et ita in partibus istis seruatur in pratica quotidie & non obstat quòd per testes singulares non fit probatio : quia hic non sunt testes singulares. Sed contestes, probãtes singulares actus. ex quibus resultat vnum vniuersale,seu collectiuum. puta ex tali actu cõcluditur q; sit possessor,vel hęreticus,vel vsurarius,vel similis(vt ex prædictis patet). Item dato,quòd forẽt singulares.† tamẽ propter difficultatẽ ꝓbationis,probant (vt etiã ex p̃misis patet).Itẽ per librũ dicti.A.repertũpenes hæredes qui succederent ab intestato ipsi.A.patet
8 A.fuisse vsurarium. † Nam libro alicuius statur contra se licet non pro se,vt.l.quędam.§.nũmularius.& quod ibi not.glo.&.l.exemplo &.l. instrumenta &.l.inter cartulas.C.de conuenię. fisci.debitori.lib.x. Cum ergo per librum prædictum appareat ipsum.A. fuisse vsurarium: nequis dubitare debet,quin appareat ipsum.A.fore vsurarium manifestum,vt etiã patet per not. per Ioan.mona.& glo.& alios Doc.in.c.i.de vsuris.lib.vi.ibi dum dicunt forte tradens libros rationum &c.Et dato quòd hoc solum nõ sufficeret:tamen valde eo adiuuat inditia inducta
9 per testes prædictos.† Quæ enim non prosunt singula:iuncta simul valent,vt.l.patre furioso in fi.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Et addẽdo p̃dictis,qa vidi dubitari nũqd cõstitõ p̃dicta valeat ? maxime secundum particulam supra in casu appositam,reuoco in dubium nunquid talis constitutio valeat maxime quo ad dictam particulã?& arguitur primo , per tex.in c.quòd superhiis extra de ma.& obe. quòd non valeat.
10 vbi dicitur Episcopum † nil statuere posse,etiã in sinodo quod canonicis obuiet institutionibus.canonica aut instituta admittunt testamẽta cuius libet liberi Romani ciuis:vt per totum tit.extra de testa.& lib. vi.xiii.q.ii.vltima voluntas.&.c.cum marce.extra de eccle.missarum cũ infinitis.si ergo.nõ licebit ordinario Episcopo videlicet,aut Archiepiscopo statuere quòd testamentum alicuius non valeat : quòd vel a iure canonico substinetur. Sed hoc idem probatur
11 per glo,sed cum de electione.† vbi dicitur,legẽ superioris per inferiorem non posse tolli, modificari,vel mutari, vel sibi detrahi.ergo testamentum quod a lege cõmuni & superioribus , lege & authoritate sustinetur : lege,vel statuto inferioris nõ tolletur , ad quod facit capitulũ cum inferior extra.de ma.& obe.& xxi.dist.inferior. † Incontrarium videtur de iure dicendum quòd talis constitutio valeat.Primo, ea regula vulgari qua cauetur Archiepiscopum, & Episcopum
12 in suis prouintia & diocesi.† statuta,& constitutiones sinodales facere posse.de condi.iii.c.i. xi.di.catolica. xxv. di. quando. extra de ma.& obe.c.ii.de sen.exco.a nobis primo.de consti. c..ii.lib.vi.ergo hæc constitutio valebit. Secun-
13 do,sic licet Episcopus in hiis † quæ Sedes Apostolica.sibi reseruauit: nil possit sine spetiali mãdato.vt c.quòd translationem extra de offitio legati : nec contra solemnia consilia,& quæ cõmuniter obseruantur.vnde non posset statuere. quòd minor.xxx.annis posset eligi in Episcopũ contra.capitulũ cum in cũctis extra.de electione.vel quòd quis posset habere plures curas:cõtra capitulum de multa extra de præben.& hiis similia.nec alio modo ius cõmune in totum tollere.constitutiones tamen iuris cõmunis decla
14 rare posset.& renouare †.Et vbi pœna deficit in iure:posset Episcopus per pœnale statutum exacerare,nouã imponendo.& veterem augendo.vt in legato similiter dicimus.de locato c.i. extra.Posset etiã statuere quòd quis nõ habeat vocem in capitulo nisi sit in sacris de ętate.& capitulo quæris ad xvi.Dist.Satis euidenter,hoc enim non est constitutiones Papales subuertere:sed eis deseruire.& illas supplere.quod est admitendum.de no.oper.nuntia.c.i.de priuile.c.
15 ii.possent etiam Episcopi † ad correctionem morum,(non subuertendo ius cõmune)sed supplendo , statuta facere præceptoria,& prohibitoria,atq;pœnalia.quia siue plectendo &c.xxiii. q.v.prodest.hæc sumuntur ex dictis Doctorum in c.fi.& Ioan.And.extra de offitio Archipræ-
16 sbiteri.† Hoc etiam probat exemplo , & ratione tali.ius diuinum statuit quòd in ore duorum vel trium stet omne verbum.vt c.licet vniuersis extra.de testi.& tamẽ lex humana quæ inferior est : statuit quandoq; quinq; testes debere interuenire ad probationem alicuius actus.vt in codicillis.quandoq; septem, quandoq; octo, vt in testamẽtis secũdũ casuũ diuersitatem vt.l. hac consultissima.in prin.&.§.per nuncupationem.C.de testa.&.l.fi.C.de codi.& tamen valet huiusmodi lex inferioris.quia per eam ordinari suppleri , & declarari, dicitur ipsa lex diuina. Ex quibus concluditur, quòd statuta Episcopa
17 lia † coadiuuantia & declarantia ius cõmune, etiam pœnarum fulminatiua , valent,& tenent. ergo & hæc constitutio metropolitana valebit: quæ ad compescendum vsurarum voraginem, modos adicit , vsurarium conuincendi multũ iuri sunt conformes , vt diligenter & subtiliter

intuenti patere potest per text. & glo. Innoc.& Doc. secundum vnum intellectum in.c.in diocesi.extra de vsu.& maxime,quia ī facto de quo quæritur,supponitur adesse librum ipsius vsurarii.circa quem,& eius exhibitionem, notanter
18 voluit tex.in cle.ex graui de vsu.† quòd ipse liber debeat exhiberi, taquam efficax argumentum:& probatio euidentissima vsurariæ prauitatis,vt ibi patet ex tex.& not.in glo.Neq; prę dictis obstare videtur: quòd notata xxiiii.q.ii. sanè.ii.in glo.sed quid si.quia licet per solum li
19 brum † in capsa vsurarii retentum & repertū: non posset vsurarius excōmunicari: cum alias erat occultus,tamen hic plus est in facto, quia potest probari per plures testes de receptione vsurarum:& earum extorsione,& de fama contra eum.(vt supra in casu supponitur) & est plenè deductum satis itaq; bina cōclusio patet prima,quòd constitutio prædicta Archiepiscopalis valet,referendo nos ad argumēta de quibus not.in d.c.in diocesi(vt supra plenè deduxi)secunda est,quòd probatum est satis ad complementum id quod est necessarium: iuxta formā dictæ cōstitutionis:vt iste dicatur vsurarius manifestus.Et hæc sub cōpedio dicta sufficiant.
Et ita dico, & consulo, & iuris & de iure esse censeo.

SVMMARIVM.

Mortuo marito intestato, relicta vxore minore prægnante cū pupilla:superstitibus auo & auia maternis,& paternis pupillæ,an cura ventris,& tutela,spectet ad auum, vel auiam maternam, vel ad patruos,vel ad quem alium?

1 *Mortuo marito intestato, relicta vxore minore prægnante, cum pupilla: superstitibus auo & auia maternis, & paternis pupillæ:an cura ventris,& tutela spectet ad auum vel auiam maternam:uel ad patruos,uel ad quem libet alium?*
2 *Quis existens sub alterius regimine,& potestate:an possit alios gubernare?*
3 *Sperantes successionem:an bona ijdem tueri debeāt? ne di lapidentur.*
4 *Successionis emolumentum, tutelæ onus sequi debet.& .in.nu.9.*
5 *Lege.xii.tabularum cognati nullatenus ad hæreditatem uocabantur: nec ad tutelam, idem de iure prætorio.*
6 *Leges municipales an recipiant interpretationem extensiuam de re ad rem & .in.nn.12.*
7 *Omisso iure municipali, an stetur dispositioni iuris communis?*
8 *Vbi cessant uerba legis:cessat legis dispositio.*
9 *Quod non est expressum de tutela,pro omisso habetur:ad munus habendum.*
10 *Statutum,aliquādo extraneū est: à iuris regulis remotum:inauditum inducens.*
11 *Statuta in seruis:locum habent in filijs.*
12 *Qui nō potest testari,an possit abintestato codicillari?*
13 *Statuta quāuis non recipiant interpretationem extensiuam:recipiunt passiuam.*
14 *Absens ubicūq; potest damnari: ad eius defensam debet defensor admitti.*
15 *Inclusio unius,est exclusio alterius.*
16 *Filius familias,an tutor esse possit?*
17 *Tutela & cura sunt publicum munus.*
Prima potestas quo ad ius publicum non attēditur. ibidem.
18 *Impedimentum tutelæ gerendæ defectu ætatis, distinguetur num perpetuum vel temporale sit?*

CONSILIVM. XXII.



IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi,Redēptoris nostri.eius que Gloriosissimiæ Virginis Matris Mariæ Amen.† Præponitur in
1 facto.quòd quidam.P.decessit ab intestato: relicta vxore sua prægnante, & minore annis. xxv. & relicta vna pupilla ipsorum iugalium cōmuni filia. quibus pupillæ iam natæ,& ventri superstant Auus maternus & Auia materna. Superstant deniq; germani prædicti.P.patrui prædictæ pupillę.In dubium vertitur ad quos ex prędictis spectet cura ventris:& tutela pupillæ? Allegant, quidē Auus & Auia materni, quòd ipsi præferuntur omnibus legitimis(vt plenè notatur)in auth.matri & auiæ posita, quando mulier tute. offi.fungi. potest.& in corp.vnde sumitur.quoniam mater eis obstaculum non facit duplici consideratione attenta:(vt puta) quia non est ætatis legitimæ.vt.l.fi.C.de legi.tuto.& est filia famil.in patris potestate,quibus respectibus fœda foret cō
2 fusio:quòd quis alium gubernaret.†& ipse esset in alterius cura,vel regimine,vt dicit tex.in prę dicta.l.fi.idem dicitur, & si alteriu s sit subiecta potestate,sicut est prædicta mater,quæ est in patris potestate.ēt si esset nupta.vt.l.fi vxoré.C.de condictio.in fert. & instit.ad tertul.§.i.i fi.& sic matre excluſa, restat dubitatio inter auum & auiā,& agnatos sibi patruos supradictos & ob hoc Articuli eliciuntur infrascripti.

Primo,an p̄dicta mater p̄gnās, & olim vxor, possit mitti in possesionē bonorū defuncti: vētris noīe,& quis dari debeat curator ipsi ventri?

Secundo,quis præferatur in tutela prædictæ pupillæ iam natæ: & etiam post partum, enixo de ventre eo qui nūc existit?

Concludo, quòd si prædicti Agnati præferentur in successione(ut supra)præferentur in dictis tutela & cura.

Arbitror q̄ superior conclusio finaliter elicita super hæreditate:quòd sit regulatiua tutelæ. satis possit procedere.Eoq; cū supponitur municipali lege huiusmodi germanos, veluti agnatos,illis cognatis licet ascendentibus,puta auo & auiæ maternis,prælatos in successione, infer

tur

tur quadam ex consequentia præponendos & in tutela.illa ex summa & optima prouidentia,
5 † vt qui sperarent successionem: idemmet bona tuerentur.ne dilapiderentur, vt pulchrè ad propositum & eleganter inquit tex.ff.de legi.tuto.l.i.in prin.quo fit vt tutela legitima quæ patronis defertur ex lege.xii.tab.delata videatur. licet non quidem specialiter vel nominatim, imo dũtaxat per consequentias hæreditatum, quæ ex illa lege patronis sunt datæ. Satis enim est in lege alterum dedisse,vt eo.tit.l.iii.in prin. & instit.de legi.pa.tute.ad principium.eo enim ipso iure &c.vt in litera ibi eo enim ipso & sta-
4 tim infra sequitur ad literam † vbi successionis emolumẽtum,ibi & tutelæ onus esse debet &c. Accedat & optimè text.in auth.de hæredi.quæ ab intesta. defer.§.ex hiis.vbi inquit propter ea quæ de hæreditatibus dixerat immediate,& disposuerat,liquere omnia quæ sunt & de one re tutelæ.& sequitur vnumquéq; secundum gradum & ordinem,quo ad hæreditatem vocatur, & functionem tutelæ suscipere &c. & transumptiue legitur in auth.sicut hæreditas.C.de legi.
5 tutor.hinc est,quòd & si † quoniam lex antiqua xii.tab.nullatenus admisit agnatos ad hęreditatem:eo ipso solo nõ ad tutelã. Prętor nihilominus eo quòd illos cognatos ad hæreditatem saltim vocauit deficiẽtib.agnatis. glosauit Acur. C.de legi.tuto.l.i.quod idem voluit in tutela. At quia nouissimo iure cognati concurrunt cũ agnatis in successione:sublata pœnitus differentia agnationis & cognationis, idẽ statutum est per omnia ĩ onere tutelæ,vt d.§.ex hiis quibus nullatenus contradicit illa cõmunis theorica: quę de legibus municipalibus sentit & firmiter
6 seruat.† quòd non recipiunt interpretationem extensiuam de re ad rem.puta de hæreditate ad tutelam.imo,cum præter ius municipale, habemus ius quiritum.i.Romanorum commune & saluberimum. omisso iure ipso municipum,
7 † retinetur in anteriori & benigna dispositione iuris quiritum.vt plenè in materia statutorum scribitur.C.de publi.l.vectigalia. & quæ sit longa consuetu.l.i.&.ff.eo de quibus. &.l.oẽs populi de iusti. & iure procedit.n.illa doctrina extẽsionis cuiuslibet legis municipalis ꝓhibiti ua:ꝙ qs talẽ extẽsionẽ intẽdit eo solo ex illo statuto.eo.n.casu talis extẽsiua ĩterprætatio minime recipitur in statuto.imo casus ĩ verbis illius statuti nominatim non expræssus relinquitur in dispositione iuris cõmunis ex quo enim nihil in lege municipali de eo scprptum est: & Labeo quasi omissum notat &c.vt vulgo legit.ff.solu. mat.si vero.§.de vno.de milita testa.quod constitutum.&.l.cõstitutionibus ad munici. Nam de hæreditate lex tantum loquitur,sicut & alibi dicitur quòd lex de minóre loquitur ergo &c. ff.de verb.ob.si minor.& alibi scribitur, quòd non dixit prætor &c.ff.de acquir.hęre.l.si seruũ.
8 §.non dixit.† Vbi enim verba legis cessant &c. de accusatio.l.hos accusare.§.omnibus.de exercitoria.l.i.§.si is qui naturæ.& de lega.iii.l.non aliter cum.si.quippè nostro calu & si nõ vi talis municipalis statuti liceat de tutela argui,nec valeat statutum vltra eius verba porrigi.ita quòd vigore seu illius statuti immediata dispositione non liceat aduersus illos ascendentes aliquid circa onus tutelæ inferri.imo quod attinet ad illud statutum: quod in ipso de tutela non est
9 expræssum:† sit pro omisso ad minus habendũ. Nil minus succedit in præmissis regula iuris cõmunis quæ proculdubio habet: (vt præfertur) vbi est successionis emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet.qua ex generali regula iuris cõmunis adinuenta, non dico vi statuti, imo præter ipsum statutũ, venit (vt præfertur) in tutela pro germanis respondendum:exclusis pœnitus auo & auia, quibus accedat optimè quod legitur & per glo.not.rectè ad propositũ tantum in glo.fi.tenet porrigi.& ad filium: & si de filio nil in lege illa fuerit expræssum.non obstanti quòd illud statutum fuerit ita singulare,
10 & extraneum,† ac ab omnibus regulis iuris remotum. Inducens illud.nouissimum & inaudi tum.C.de fur.l.si quis seruo persuaserit. vbi statutum in seruo quod competat actio furti & serui corrupti:quanquam non interuenerit.crimen furti.nec seruus minime fuerit corruptus. quinimo nec in aliquo deterior factus.quam quidem glo.Doc.omnes ideo approbant: quoniam illud non contingit.vi illius statuti de per se.imo immediate illo statuto.hoc facit regula
11 iuris cõmunis quæ disponit vt regulariter † statuta omnia in seruis locum habeant in filiis.ff. de ser.corrup.l.vt tantum.§.i.licet ergo eadem foret ratio æquitatis in filio quæ in seruo, quæ fuit vna motiua ratio, illa dũtaxat non fuisset sufficiens:mæritò glo.illa adiecit aliam puta iuris cõmunis regulam:quæ valet (vt præfertur) quòd statutum in seruo locũ habeat ĩ filio,cum se remittit ad legem illam vt tãtum.§.i.quasi dicat illa glo.quòd statutum illius.l.si.quis seruo facit maiorẽ,puta quòd ibi seruus tenetur furti & serui corrupti.illa autem iuris cõmunis regula sub intrans illud statutum,dando sibi intellectum,facit minorem præpositionem. hoc modo videlicet,sed vbicũq; seruus tenetur quomodolibet,& tunc tenetur etiam filius. Optima ergo.& necessaria infertur conclusio: & concludens silogistica argumẽtatio quæ omnia etiam fortificat quod ĩ filiis scribitur.ff.de leg.ii.l.iii. vbi tenent Doct. & maxime Bar.& alii moderni,quòd si cauet aliquo statuto municipali de pubere quòd non possit testari absq; consensu agnatorum,quãuis in verbis illius statuti nulla foret facta mentio codicillandi ab intestato:& consequenter statutum in testamento ad tales codicillos de per se nullatenus foret porrigendum. imo omissum pro omisso foret habendum. Aliud venit respondendum cohoperan-

te illa vulgari regula dictæ.l.ii.disponens quòd
12 qui non potest testari:† neq; ab intestato codi
cillari.in consequentiam igitur prohibitionis
testandi,contingit prohibitio ab intestato co-
dicillandi,non vi municipalis statuti,licet ergo
statuta municipalia non recipiant interpræta-
13 tionem extensiuam:†recipiunt tamen passiuã.
secundum Bar.etiam plene in d.l.omnes popu
li de iusti.& iure.Simile licet pro authoritate in
ducere quod cõsuluit Dy.ex illa regula de qua
in.l.seruum quoq;.§.pube.ff.de procur. quæ ha
bet quòd vbicũq; absens potest dãnari: ad eius
defensionem debet defensor admitti:tenens q̃
cum per statuta Italiæ absens qui patitur in bã
14 no se poni,quia præteritus.eo in banno † de-
bet pro confesso haberi:& absens damnari,non
immediate,vi talis statuti.imo eo mediante vir
tute prioris regulæ,procurator debet admitti?
Authoritatem quoq; facit quod alii concludũt
in simili,scilicet quòd vbi per statutum quo ad
pœnam alteratur delictum: vt quãuis alias iure
cõmuni esset corporalis.efficitur per statutum
pecuniaria tantum.cohoperatur regula cõmu-
nis quæ ad rẽ pecuniariã nequaquam reppellit
procuratorem, quòd & in talibus criminibus
nũ repellantur Deniq; vltra Bar.quem inducit
superior allegãs nominatim ad casum nostrum
in.l.i.in prin.ff.de legi.tut.adduco pulchrius,&
multo melius.d.Signorolum suo in consilio se
cundo consiliorum suorum primæ partis vbi
(cum iamdudum sub collegio Mediolani con
tingisset illudmet dubium)plenariè, ac copio-
sè infinitis ex rationibus tandem concludit in
hanc partem.Cuius rationes nolui hic referre.
quia quilibet potest eas suo ex consilio legere.
Sed nec illud est omitendum: quòd & si in lo-
co,vbi vertitur hoc dubium, nihil per legẽ mu-
nicipalem etiam super hæreditate fuisset pro il
lis consanguineis statutum contra succesionẽ
ascendentium.imo vigeret dumtaxat ius com-
mune Romanum:& ita in hæreditate præferrẽ
tur germanis ascendentes, & consequenter in
tutela.Atq;(vt inquit consulẽs supra immedia
tè)quãuis tex.in d.§.ex hiis.præponat matrem
sicut auiam omnibus cognatis a latere: quo ad
tutelam,& consequenter nec matrem per con-
trarium præponat ascendentibus: imo vnius
15 †inclusio,idest cognatorum à latere venientiũ,
tacita fit exclusio ascendẽtium.quinimo (quod
amplius est)tenet glo.in dicta authen. matri &
auiæ.quòd auus paternus matri præponitur.de
auo materno nulla est dubitatio. apud glo.&
Doct.tam ibi qua per Bart.in l.si quis sub con-
ditione.ff. de testa.tute.quòd mater sibi præfer
tur.quinimo voluit contra glo.de matre, quòd
præfertur etiã auo materno.quia lex vocat eos
ad tutelam,sicut in hæreditate.Sed in hæredita
te mater præfertur auo etiam paterno:vt in au
thẽ.defuncto.C.ad tertul.ergo auus matre exi-
stente in medio,etiam paternus namq; est legi-

timus,quia non succedit.

Conclusio.est ergo ex præmissis. quòd quan
do mater quæ est in medio:potest esse tutrix.q̃
anteponitur nedum auiæ:quinimo & auo.Su-
perest igitur videamus quid sit de matre in ca-
su nostro?Vbi aduertendum,quòd illud non re-
pellit eam nec pœnitus ipso iure eam excludit
a tutela.puta quòd non sit mater familias. imo
16 filia familias & in patris potestate. † quoniam
& filii familias tutores esse possunt, vt insti.qui
tuto.da.po,in princi. Placuit enim tutelam vel
17 curam † publicũ onus esse,vt insti.de excusa.tu
to.§.i.ad fi.Sed quod attinet ad ius pub.patria
potestas nõ curatur.ff.ad trebel.l.nam quod &
ad idem quoq; est tex, expressus. Pomp.respõ-
dentis filiumfamiliãs in publicis causis loco pa-
tris familiãs habitum,& exemplificat,veluti vt
magistratum gerat:& vt tutor constituatur.vn-
de quæritur si filiusfamiliãs, tutor relinquitur.
an pater eo nomine pro filio teneatur &c.ff.de
tute.l.filius & de administrat.tuto.l.lutius, & q̃
glo.ad municip.l.ii.in princi. Nil igitur hodie
obstat matri.quin possit si velit admitti ad tute
lam filii sui: quòd sit subiecta patri ratione pa-
triæ potestatis.cum nihilominus patre ignorã-
te,vel etiam recusante,valeat de per se filia hæ-
reditatem adire. solo vsufructu, patræ nolente
cõsentiente.iuxta.l.fi.C.de bo.quę libe.vnde si-
cut præfertur auo maximè materno de quo nõ
est dubitatio, licet plerunque mater sit in eius
potestate.

Restat videre tandem de minori ętate ipsius
matris.vbi notandum, q̃ inquit tex.de excusa-
tio.tuto.l.non solũ.§.si libertus.iuncta sibi glo.
in verbo.pubes.vbi de ętate distinguitur,vtrum
sit ad impedimentum perpetuũ tutelæ geren-
dæ,verbi gratia,quia pupillus est in tanta ętate,
q̃ citius efficietur pubes,quam ille iã pubes effi
ciatur ætatis legitimæ. & tunc de illo minore
18 est perinde ac si nõ esset in medio.†mæritò sta-
tim vocatur ad tutelã sequens in gradu legiti-
mus.quòd si ætas sit tantummodo ipsi tutelæ
impedimentũ tẽporale,(vt in casu nostro).vbi
citius mater peruentura est ad legitimam æta-
tem,quàm futurus venter,& pupilla ad puber-
tatem:tũc semper repellitur sequẽs legitimus,
& in locum eius minoris dabit iudex suo arbi-
trio tutorem quem elegerit:vt ibidem pulcher
rimè tex.ille cũ glo.describit.& concordat tex.
ff.de tute.& ratio.distrah.l.si tutor rei publicæ.
§.i.Nec imæritò.quoniam cum proximior po-
test esse tutor.licet actualiter non sit scriptum,
expellitur sequens. & interrim tutor alius a prę
tore datur.ff.de legi.tut.l.i.§.si apud hostes ar-
gumen.etiam in.l.si quis sub conditione. & le-
gitur.ff.de tuto.& curato.dan.ab hiis.l.si impu-
beri,& ibi per Bar.pulchrè & eleganter.

Vnde ad propositum concludendo.cum ma
ter quæ est in medio quãuis præsentialiter mi-
nor existat:quoniam tamẽ futura est maior du-

rante adhuc tutela posthumi & pupillæ, & nullo statuto existente super hac datione, constaret tamen ab ipsa matre suprascriptos auum & auiã maternos protinus esse a tutela excluſos. quòdq; interim, idest durãte matris minori æta te, iudex teneretur alium suo arbitrio cõstituere qui semper duraret: casu quo mater nuberet antequam maior esset &c. vt probãt iura supradicta. Et hæc ad vnguem de matre in medio exi stẽte tamẽ minore refert Bald. cum esset de facto interrogatus, quòd consuluit quãuis obstãte minore ætate: tutrix minime sit vt. C. de legi. tut. l. fi. quoniam tamen in ætate legitima tutrix esse poterit. sed statim omnes alios legitimos protinus excludit: & tutela datiua immediatè succedit. Vnde iudex interim de tutore ꝓuidebit. & ita formaliter idem Bald. scribit in d. l. fi. quibus simul ex omnibus non ente etiam statuto aliquo de hæreditate. breuis & vera conclusio est in omnibus præmissis, quòd ad iudicem pertinet prouisio de tutore in persona pupillæ cessante nunc legitimo tutore, & bene arbitrabitur si de germanis prouidebitur. præsertim quia cõmodius illud erit pupillæ & vtilius. attento quòd refertur ipsos fore de domicilio pupillæ: & habitatores eiusdem terræ. ita quòd facilius poterũt supereſſe bonis ipsius pupillę: quam auus, qui est aliquantulum remotus: & nõ ita industrioſus. & similiter vẽtri etiam in possesſione missо, iudex prouidere debet de curatore. dando eorundem germanorum aliquem, vel eos alimenta præstaturos ipsi matri. vbi vtilius & cõmodius fuerit ipsi ventri.

SVMMARIVM.

Stante statuto, quòd instrumenta cõfecta per notarium non existentem in collegio, & matricula notariorum, non valeant: Scriptum fuit testamentum per notarium aduenam, & non matriculatũ: an tale testamentum valeat?

1 *Sstatuto stante, quod instrumenta confecta per notarium non existentem in collegio, & matricula notariorum: non valeant, scriptum fuit testamentum per notarium aduenam, & non matriculatũ, an valeat?*
2 *Locus confecti instrumenti, consuetudines, & statuta loci, ubi res illa perficitur: an & quãdo inspiciẽda sint?*
3 *Vbi est casus legis expræssus: ibi nulla cadit deliberatio.*
4 *Satuta lædentia ius superioris: an sint ualida?*
5 *Par in parem, nec minor in minorẽ, habet imperiũ.*
6 *Tabelliones iure cõmuni a quibus creari possunt & debeant?*
7 *In ambiguo & generali sermone, ita res agi intelligitur: ut ualeat.*
8 *Cuius est tollere: eiusdem est & dare.*
9 *Ad probandum testamentum alibi factum: an locus testamẽti facti: uel locus iuditij attẽdi debeat?*
10 *Testamentum unum pluribus exemplis, quis consignare potest.*
11 *Testamentum, & testamenti instrumentum, inter se differunt. & latius. in nu. 14.*
12 *Testamentum, pro ut ordinatio mentis testatoris, & actus testandi, est quid intellectuale: & incorporale.*
13 *Testamenti diffinitio: est iusta sententia eius quod quis post mortem sibi fieri uult.*
14 *Instrumentum testamenti est carta manu publici notarij scripta, & signata, & sic quid corporale.*
15 *Scriptura non extante, uel saltim minus legitima: rei gestæ tamen ueritas per probationes constabit quid iuris?*
16 *Testamentum an ualidari possit uirtute clausulæ codicillaris, ad quam reductum est?*
17 *Ad codicilli probationem, quinq; testes, etiam non rogati sufficiunt.*
18 *In ore duorum uel trium stat omne uerbum.*

CONSILIVM. XXIII.



NIESV CHRISTI noĩe Amẽ. Supposito statuto Placentino disponente in testamentis testes quinq; sufficere. Et altero statuto Papiensi. inhibente cuilibet notario quæuis instrumẽta conficere in Ciuitate Papiæ nisi sit de collegio notariorum Papiæ. & descriptus in matricula eorundem notariorum. continente insuper decretum, quo decernit ipso iure nullum quodlibet instrumentum aliter factũ: exceptis quibusdam casibus non ꝑtinentibus ad nostrũ
1 propositum. † imo per cõtrarium magis firmã tibus regulam: quantum pertinet ad casum, nostrum.

In facto proponitur ꝙ anno Mccccvi. quo ꝓpter guerras & parcialitates multas tunc in Placentia occursas multi ciues ab illa Ciuitate receſſere: & nonnulli eorum Papiam venere. vbi illomet anno qnidam Placentinus fecit testamẽtum coram septem testibus, omnibus Placentinis. inter quos fuere duo sacerdotes, vnde vnus prior: alter cuiusdam eccleſiæ rector. necnõ coram notario etiam Placeotino quos omnes testes, & notarium rogauit & specialiter ad illud testamentum: testator adhibuit. & in eorũ præsentia testamentum illud compleuit. nedum inter liberos. imo etiam substitutis cuidã eius pupillo, & in eius potestate existenti pupillariter quibusdam ciuibus Placentinis cum quibusdã etiam legatis ad pias causas relictis, & quibusdã tutoribus, dictæ ciuitatis Placentiæ illi pupillo constitutis. adiecta etiã codicillari clausula, expræsſẽ dicente, quòd si non valeret iure testamẽti valeret iure codicillorũ. & viuũt adhuc quinque vel sex ex testibus.

Vnde in Summa quæritur ne illud testamentum

tum seu testatoris ordinatio (vt præponitur) celebrata,sit censenda efficax & valida in toto, vel in parte?

Et illud solum mouet dubiũ : quod disponit Papiense statutum requirens,quòd notarius sit in matricula descriptus,& de collegio notario rum Papiæ.Alioquin nullum sit instrumentum ipso iure,quoniam in instrumentis cõficiendis, quod attinet ad statutam formam aliquam inducentia circa ipsa instrumenta conficiẽda,puta sicut hic, quòd certa debeat esse tabellionis instrumentum confitientis : persona.videlicet. de collegio & descriptus in matricula, spectatur locus confecti instrumenti sicut in simili de contractu solet dici.ff.de euic.l.si fundus.& generaliter scribitur in quacũq; re agenda, quòd
2 inspiciuntur consuetudines & statuta loci † vbi res illa perficitur, quæ disponunt a quo talia sunt agenda.& de modo seruando, & si talium effectus forsitan non illic dirigitur:sed in alio loco,in.l.cũctos populos.C.de summa tri.& fi.cato.vbi plenè etiam per glo.& Doct.de hac materia &.C.de emanci.libe.l.i.& quemadmodũ testa.aperia.l.ii.& de testa.l.si non spetiali cum si.Nec immæritò retroactum in tali loco, statim cæpit subesse illi loco.vbi originem suscepit velut res illius loci & gesta ibi, mæritò potuit inualidari ex transgressiu legum illius loci. ff.de iusti.& iure.l.omnes populi.& illa est propriè ordinatio municipalis statuti,nominatim & expræsse disponens de instrumento.s.ibidem ab alio notario confecto, qui non est de collegio:quòd nullius sit momenti. Vnde vbi est ca-
3 sus legis expręssus:† ibi nulla dubitatio &c.C. de fur.l.aut illæ sub tractæ &c. Nec videtur ob esse quod allegata(solet dici contra statuta mu-
4 nicipalia)quòd sunt inualida † quòd lędunt ius seu honorẽ superioris.exempli gratia quòd attinet ad statuta appellationem tollentia, quæ posśit ad superiorem deuenire,& causa ad eum deuoluere.de quibus solet dici:quòd sunt inualida veluti procedentia a minori potestate in maiorem.vt extra de iure iur.c.venientes ĩ glo. super verbo : exceptum per Inno.& Hosti.& alios sequentes,& Bar. in.d.l.omnes populi.& à quibus appell.non lic.l.i.ad fi. Nec immeritò.
5 † quoniam par in parem,multo minus minor in maiorem habet potestatem.ff.ad trebel.l.ille a quo.§.tempestiuum.& de arbi.l.nam magistratus cum si.& quanto minus valere videntur talia statuta aduersus Imperatoris regalia:con fistentia maximè in tabulariis dandis.quos iu-
6 re communi creat solus Papa † & Imperator Aut spetialem habens super hoc ab ipsis cõmissionem (vt legitur) & per Inno.Hosti.& alios not.extra de fi.instru.c.cum.P.tabellio(nam ad hæc omnia facilis videtur solutio: quòd locum haberent vbi totaliter talia statuta interdicerent testamentorum & aliorum instrumentorum factionem notariis.Nam, tale interdictũ quanquam generaliter foret conceptum. nil minus non traheretur ad tabularios imperiali auctoritate creatos,aduersus quos specialiter & expressim in derogationem honoris & regalium imperialium statuere nõ possent,imo sem
7 per in ambiguo , & generali sermone † res ita agi intelligitur:vt valeat.puta de notariis , illo a loco confectis consuetudine , vel statuto,
8 Cuius ita fuit tollere † sicut & dare (vt vulgo legitur).C.de reb.dub.l.quotiens , & de verbo. obl.l.quotiens idem sermo.& de orig.iur.l.sem per in stipulationibus &c. At nostro in casu nõ omnino interdicitur cuipiam notario Papiæ residenti,simpliciter facultas instrumenta confitiendi.imo dũtaxat secundum quid , ideśt si nõ sunt de collegio, & de gremio notariorum, pro bono & vtilitate publica, vt tollat occasio & materia fabricandi instrumenta falsa.quod statui & ordinari intelligitur per talia iura municipalia.de ipsiusmet Principis conscientia.& permisśione generaliter facta.vt insti.de iure. nat.gen.& ciui.§.i.&.d.l. omnes populi de iusti. & iure.cum si.quanquam superius mentionem fecerim de statuto placentino nõ tamen quod attinet ad numerum testium circa probandum
9 illud testamentum alibi factum † attendi debet locus iuditii , vbi probatio illa debet fieri.imo magis locus testamenti confecti:quia tendit ad decisionẽ causæ argumento.dictæ.l.si fundus.& ita terminauit.Io.Cal.(vt refert) Bal.in d.l.cũctos populos illo ĩ versi.viso de iure personę,sequitur videre de iure formę ad fi.q̃stionis primę.

Cęterũ & si forsan obstantibus supradictis, non valeret conditum illud testamẽti instrumẽtum : illud tamen nil ad rumbum. imo verius reor quòd valeat testamẽtum (ita vt præfertur
10 conditum) etiam in totum.Nan inquit lex † q̃ vnum testamentum pluribus exemplis consignare quis potest.& sequitur in litera. id q; interdum necessarium est:fortè si nauigaturus,& secum ferre , & domi relinquære. iuditiorum suorum testationem vellet.vt ad literã.text.de scribit.ff.de testa.l.vnum pluribus.quo fit vt mul
11 tum intersit.† imo nihil cõmune habent inter se testamentum,& eius testamenti instrumentum. Nil enim aliud est testamentum q̃ ipsius
12 testatoris ordinatio,& suæ mentis testatio.† & ita est ille actus testandi quid intellectuale,& in corporale,vt d.l.vnum,& insti.de testa.in prin.
13 eiusdemq; testamenti diffinitio est † iusta summa eius quod testator fieri voluit post mortẽ. vt.ff.de testa.l.i.Sed instrumentum testamenti
14 est ipsamet carta publica † manu publici notarii scripta & signata.& ita quid corporale & ad oculum corporeum demonstrabile, quod quidem instrumentum ad nil aliud fit:nisi ad probationem illius intellectualis actus testandi corã ipso notario,& testibus ab eo testatore celebrati.vt.C.de probatio.l.cum res,&.ff.de pigno.l. cõtrahitur.quo patet & alia diuersitas inter te-

stamẽtũ

ſtamentum & teſtamenti inſtrumẽtum. puta ratione differentis cauſæ agentis:vnum enim puta teſtamentum conficit perſona teſtantis:& alterum ideſt inſtrumentum complet perſona tabellionis mæritò teſtamentum quod legitimè aliàs docebitur celebratum: & ſi ſcriptura non
15 extat:† vel minus legitima, tamen cũ aliis probationibus rei geſtæ veritas cõprobari poteſt. Præſes prouintiæ ſecundũ ius cuſtodiri efficiet, (vt in ſimili legitur).C.de pact.l.pactum quod bona fide, & detranſac.cũ te tranſigiſſe.vbi ad vnguem inquit litera quòd licet nullum inſtrumentum ſeu inualidum interceſſerit:tamẽ ſi de fide voluntatis vltimæ, ſeu cuiusuis alterius rei geſtæ,aliter conſtet:ſcriptura quæ ſolet probationem rei geſtæ continere: non eſt neceſſaria. Concordat.C.famil.herci.l.non ideo, & de rei vendica.l.inditia.de fide inſtru.l.i.&.l.inſtrumẽtis.&.l.in exercendis,& illa eſt regula.Ita quòd ius cõmune eſt pro nobis in iſta quæſtione:eo quòd ſtatutum illud ciuitatis Papiæ,& ſi ad confectionem inſtrumenti expoſcit præſentiam tabellionis de collegio exiſtentis.vltra procdere & inſtrumentum aliter factum irritans. De teſtamento autem ſtatutum illud nihil loquitur, ſcilicet quòd ſit irritum: ſi eius inſtrumentum fiat per alium notarium.imo loquitur tantummodo de ipſo inſtrumento,quòd non valeat.id circo teſtamentum relinquitur potens & validum:velut iure Romano legitimè confectum, nec aliquo iure municipali reprobatum. cum (vt præfertur) non dixit ſtatutum quòd non valeat teſtamentũ &c.vt.ff.de aquiren.hære.l.non dixit prætor.de verbo.obli.ſi minor ſolu.ma.l. quod ſi vero.§.de vno,de teſta.mili. quod conſtitutum de accuſatio.l.hos accuſare.§.omnibus.ad munici.l. conſtitutionibus cum ſi.ergo cum hic facilis ſit alia probatio.quàm ꝑ inſtrumentum eo quòd in facto ſupponitur quòd ad huc ſuperſtes ſunt ſaltim quinq; ex teſtibus:qui præſentes teſtamẽto fuere.inter quos ſunt præ
16 ſertim illi duo presbyteri optimę fidei.† Sufficiunt ad probationem totalis inſtrumenti illi quinq; teſtes ſoli:virtute codicillaris cleuſulæ: per quam teſtator totum illud teſtamẽtum redegit ad codicillum,ad cuius probationem ſuf-
17 ficiunt † quinq; teſtes : etiam non rogati,vt.C. de codici.l.ſi,in fin. Amplius quantum attinet ad liberos,etiam iure teſtamẽti valet inter eos. & ſi millies eſſet omnino imperfectũ.Ita quòd nõ eſt neceſſarius numerus aliquorum teſtium, nec rogatorum.imo iuxta regulam illam vulga
18 rem,qua † in ore duorum vel trium cõſtat omne verbum. Sufficeret probatio duorũ vel triũ teſtium,etiam fortuitorum,vel a caſu, ſeu forma ibidem repertorum,(vt vulgo habetur).C. de teſta.l.hac conſultiſſima.§.ex in præfacto.& quòd itbi nota.in glo.

Vnde de primo ad vltimum totaliter ſuſtinetur illud teſtamentum licet rueret inſtrumentum.

SVMMARIVM.

An compendioſa facta verbis directis ineſſe,trahatur ad fideicõmiſſariam?

1 *Compendioſa facta verbis directis in eſſe: an ad fideicõmiſſariam trahatur?*
2 *Maioribus an directò ſubſtitui poſſit?*
3 *In codicillis, rigor vel benignitas verborũ ſpectat.*
4 *Legis verbum in ambiguo: in ſuo eſſe potentiori interpretandum eſt.*
5 *Verbum volo,ratione adiũcti,an reputetur directũ?*
6 *Hereditas in codicillis,nec adimi poteſt.*
7 *Compendioſam ſubſtitutionem factã per verba quã docũq; decedat:an ſequantur verba mære directa, puta talis ſit hæres.*
8 *Teſtamenti verba an ſint improprianda:vt aliquid operentur?*
9 *Verba intelligi debent ſecundum qualitatem perſonarum quibus proferuntur:& ſecundum ſubiectũ materiam,*
10 *In re dubia ſeruiendum eſt verbis.*
11 *Verba quando ſunt clara:non eſt voluntatis quæſtio habenda.*
12 *Neceſſitas aliquando cogit fieri interpretationem, eo modo quo poteſt.*
13 *Compendioſa generalis facta impuberi: an complectatur vtrunq; casum?*
14 *Verba generalia an ſint in omni casu generaliter intelligenda?*
15 *In diſpoſitione,non aliqua: verba prolata:ſed omnia oportet ſimul conuenire.*
16 *Compendioſa ſubſtitutio in dubio: venit interpretanda directò & nõ per obliquum, ad mentẽ Bartoli.*
17 *Benigna interpretatione, verba merè directa ciuilia:quæ nullatenus operari directò ualent, trahuntur ad obliquum.*
18 *Fideiconmiſſum incipit poſt aditã hæreditatem.*
19 *Compendioſa ſubſtitutio facta per uerba ciuilia,& merè directa:quando interpretanda ſit in fideicõmiſſum? ne ſit omnino inutilis.*
20 *Compendioſa ſubstitutio facta uerbo ciuili directo: quando interpretationẽ directę uulgaris recipiat?*
21 *Compendioſa ſubstitutio quando trahenda est ad fideiconmiſſum?*
22 *Compendioſa ſubſtitutio habet inſtar pupillaris.*
23 *Præcedentia quando ſupplentur per ſequentia.*
24 *Adiectio huius verbi. videlicet.eſt expoſitiua & reſtrictiua.*
25 *Inducta ad vnum effectum:non debent contrarium operari.*
26 *Feuda an ex vniuerſali fideicõmiſſo ueniant reſtituenda?*
27 *Feudum an transferatur in ſucceſſionem iure hæreditario uaſſalli immediatè defuncti.*
28 *Succeſſor uaſſalli, an in feudo grauari poſſit,etiam iure uniuerſalis fideicõmiſſi?*
29 *Dominia utilia:aliàs feuda,tot ſunt,quot & ſucceſſiones ſunt.& infra nu.30.*
30 *Quem non honoro:onerare non poſſum:& nu.31.*

31 *De consuetudine feudorum, nulla ualet ultimæ uolũtatis ordinatio in feudis.*
32 *Cui non dederis: eum rogando obliges.*
33 *Quæ restitutioni subiacent: alienari prohibentur.*
34 *Quorum omissio reddat sententiam & processum nullum?*
35 *Sentẽtia: si non reperitur processus, est protinus nulla: quia unum sine alio nihil ualet.*
36 *Iudici in sententia sua, aliquid asserenti de processu, an credatur?*
37 *Ea tantummodo de processu fidem faciunt: quæ per tabularios, ad acta præscribenda deputatos: gesta sunt.*
38 *Verba assertiua, prolata instrumento sententiæ: quando non ut instrumentum: sed ut literæ testimoniales, reputentur?*
39 *Conditionis euentus, ipso iure resoluit omnia retroacta.*
40 *Conditione eueniente, si res à grauato restitui non potest: quando lex, restituẽtis defectum suppleat?*
41 *Emphiteuta non soluens canonem infra tempus legitimum: ipso iure cadit.*
42 *Res emphiteota nũquam cadit in commissum.*
43 *Emphiteuta utilem habet actionem in rem, contra quemlibet extraneum.*
44 *Vaßallus, culpa, feudo suo: ipso iure nõ priuatur.*
45 *Insinuatio reperta est ut hominũ captiones & falsitates effugiamus.*
46 *Legibus insinuatis, necessitatem importantibus: an renuntiari ualeat?*
47 *Iuramentum aduersus publicam utilitatem: uel morum honestatem, præstitum: an obliget?*
48 *Solemnia sunt de forma rei gestæ.*
Forma dat esse rei ibidem.
49 *Donatio carens solemnitate formali: an ualeat?*
Quod caret esse, non potest confirmationem accipere ibidem.
50 *Iuramẽtum habet uim clausulæ: quòd si res non ualet ut agitur: ualeat saltem ut potest.*
51 *Donatio causa mortis, olim erat insinuanda ad instar donationis inter uiuos.*
52 *Alternatiua inter incompassibilia inserta: non electionem, sed ordinem significat.*
53 *Vbi opus est effectu: uerba non sufficiunt.*
54 *Quis confitendo: sibi præiudicare potest.*
55 *Remedia supplementi faciendi de tota legitima: inuenta sunt ad exclusionem quærelæ de inofficioso testamento.*
56 *Ius agendi ad supplementum, an sublatum sit tam per expræssum: quam per quinquennalis præscriptionis remedium?*
57 *Iuramentum in testamenti approbatione si õte præstitum: supplet omnem ætatis defectum: & latius. infra nu. 58.*
58 *Minor iurans super contractu: si fuerit absolutus à Papa, uel inferiore: an liberetur ab omni obseruatione ipsius contractus?*
59 *Proprium omnium legum prouidentiæ est in ætatũ repræsentatione, reputare unam pro alia: idest minorem pro maiori.*
60 *In sacramentis puberum, in eorum conuentionibus interpositis: duplex est uinculum, scilicet temporale & spirituale.*
61 *Ex Frederici extrauaganti inductum fuit, ut minores iurantes, reperirẽtur maiores.*
62 *Differunt inter se uinculum temporale & spirituale: Nam spirituale, est personale: & animam iurãtis obligat: temporale uerò est perpetuum & reale.*
63 *Conuentiones aliquæ iuramẽto non confirmantur: puta usurarum promissio, & similia.*
64 *Dispẽsatio Apostolica, & cuiuslibet inferioris, dissoluit animam iurantis à periculo periurij.*

CONSILIVM. XXIIII.

IN IESV CHRISTI noĩe amẽ. In facto proponitur. quòd quõdam nobilis domina. B. cum adhuc duos haberet filios. Ant. videlicet & Amod. nec non Binas filias puta Margaritam & Iacomettam: testamentum suum cõdidit. in quo iure certa particulariter, & in certa florenorum summa ipsas filias hęredes instituit pro earum legitima. quibus eaſdem tacitauit. dictosq; Anto. & Amod. vniuersales ĩstituit hęredes: diuidẽdo nihilominus inter eos particulariter quæcunq; eius bona: volens, & iubens, per eas sedari clamores suos, & solui legata omnia p ipsam relicta: & eoſdem inuicem ita formaliter substituendo. Quòd si contingeret vnum filiorum suorum supradictorum, suorum hæredum vniuersalium, videlicet dictorum Anto. & Amod. decedere ante alium (nullis relictis eius liberis ab ipso de legitimo matrimonio procreatis masculis) quòd eius hæreditas prædicta ad aliũ superuiuentẽ pleno iure perueniat, & pertineat. insolidum instituens ipsum superuiuentem in ipso casu eius hæredem vniuersalem i omnibus bonis suis. cum omni onere & honore. Ambobus autem defunctis pũctualiter substituit hoc modo. s. Quòd si contingerit ambos dictos dictæ testatricis. videlicet. Anto. & Amod. decedere ab hoc seculo sine liberis legitimis masculis de legitimo matrimonio ab ipsis procreatis: q̃ dicta hęreditas tota dictorum Anto. & Amod. de bonis hæreditatis ipsius testatricis, filiabus ipsorum fratrum, si quas haberent de legitimo matrimonio procreatas: vel alterius eorum superuiuentis, & filiabus dictę testatricis, quæ tũc viuerent. Aut earum, vel alterius earum, & si liberis quãuis illud nomen liberis, non fuerit expræssum vitio scriptoris, videlicet dictarum dominę Margaritæ, & Iacometę, ratione institutionis hæreditatis, pleno iure deueniret. Et in illo casu, ipsas filias suas, & dictorum filiorum suorum quot & quãtę essent: seu liberos ipsarum, vel alterius earum, hæredes instituit dictis filiis suis. Et voluit esse hæredes eius vniuersales in

stirpes

ſtirpes:& non in capita,ęquis portionibus,etiã omnibus bonis hæreditatis ſuæ . quãuis vltra p quatuor annos ante ipſum teſtamẽtum ſua voluntate ſpontanea,& libero arbitrio certificata & plenè inſtructa de iure, & facto ſuo (vt aſſerebat)conſideratis etiam ſeruitiis,benefitiis,mæritis,atq; curialitatibus,ſibi palàm & ſecretæ factis.(prout ibidem confitebatur) per dictos filios ſuos Anto.& Amod.quæq; ab eiſdem in futurum ſperabat habere: donauit eis donatione cauſa mortis,vel donatione pura ſimplici, & irreuocabili,(quæ dicitur inter viuos)vel quacũque alia donatione,quæ melius , & firmius fieri poſſet:ad opus & vtilitatem dictorum Anto.& Amod.i perpetuum,omni cauſa ingratitudinis ceſſante,tanquam benemæritis,& męrendis,videlicet caſu quo dicta d.B. decederet ab humanis:& nõ ante.ſ.vtriq; ipſorum.Anto.& Amod. inſolidum,quinquaginta floren.boni auri & põderis annuales,ſeu annui redditus &c.ſuper omnibus,& ſingulis bonis,rebus,redditibus,& iuribus,dictæ d.B.vniuerſis , quæ donatio fuit iuramento ipſius donatricis,& promiſſione vallata:de non contraueniendo ſub obligatione bonorum ſuorum omnium:non tamen inſinuata. Poſtquã illa.d.teſtatrix,ac donatrix(vt ſupra) deceſſit ſuperſtitibus dictis eius filiis & filiabus. Vnde in continenti dicti filii męmorati,eius hęreditatem a dimerunt.Ita quòd fuerunt hæredes eius vniuerſales ex dicto teſtamento.deinde deceſſit Anto.ille cohætes vniuerſalis nullis ſibi relictis liberis maſculis , ſed ſola Vgoneta tũc pupilla eius filia naturali & legitima : q̃ ſibi inſtituit hæredem in octingentis floren.quibus iuſſit eam fore tacitam,& contentam, pro ſuis bonis omnibus , ſuosque hæredes vniuerſales inſtituit Petrum & Amodeum beneti eius fratres:qui dictam hæreditatem adiuerunt,& hæredes fuerũt.Illius vero Vgonetæ pupillæ tutelã adminiſtrauit R.P.d.Rodulfus Epiſcopus Belicen. & Petrus antedictus fratres , & patrui ipſius Vgonetæ. qua tutela finita : ipſa Vgoneta tunc pubes,licet minor annis xx. (dato curatore legitimo)de ipſius curatoris authoritate,recepto computo de & pro dicta tutela & adminiſtratione ipſius , iudicialiter fuit confeſſa habuiſſe bonum & legitimum computum,& reſtitutionem reliquorum plenariam ab ipſis tutoribus ſuis: ipſosq; de & pro adminiſtratione dictæ tutelæ , & reliquorum iudicialiter quietauit,& abſoluit cum pacto de vlterius nil petendo ab eiſdem occaſione dictæ tutelæ : quæ omnia ſuo firmauit iuramento iurando: quoq; diſpenſationem ſupradicto iuramento.non petere quibus omnibus nobilis Hubertus tunc ipſius Vgonetæ maritus,conſenſit,& ſuo iuramẽto.confirmauit: & promiſit iuratus , ea habere rata,& non contrauenire.Confirmando etiam dicta Vgoneta ſuo iuramento.& ratificando teſtamentum patris ſui.Quinimo per quinquennium,& multo plus,nuſquam egit ad ſupplemẽtum.Sed idem Hubertus,pro ipſa Vgoneta,re, & facto , teſtamentum dicti Ant.approbando: de dictis octingentis florenis habuit, & recepit a dicto Amodeo floren.C.tandem ipſa Vgoneta deceſſit ſuperſtitibus ſibi ex dicto Huberto Peronetta , Maria , & Giugona , filiabus ſuis & hæredibus:prædeceſſerunt etiam illæ ambæ filię ipſius quondam.B.Amodeo ſuperſtite.finaliter Amodeus tenens totam hæreditatem, dictam. d.B.deceſſit(nullis ex eo relictis liberis maſculis nec fæminis).Sed ſuperſtitibus dũtaxat domino Epiſcopo , & ipſis filiabus dictæ quondã Vgonetę:condito tamen teſtamento in quo eũdem dominum Epiſcopum tanquam fratrem ſuum , & non ſub nomine diginitatis , inſtituit hæredem vniuerſalem,qui tamen eius hæreditatem adiuit cum benefitio inuentarii legitimè facti. Cæterum pro ipſis filiabus dictorum Huberti & tunc quondam Vgonetæ, earum adminiſtratorio nomine, & ſuo impetrauit idem Hubertus quẽdam delegatum apoſtolicũ . pro obtinenda diſpenſatione illius iuramenti.materni : quam diſpenſationem (quãuis inſcio & non citato domino Epiſcopo)obtinuit ſtatim & ex arrupto.Deniq; facto amicabili compromiſſo.per ipſos d. Epiſcopum , vna ex parte,& Hubestum ſuo & adminiſtratorio nomine ex alia,coram ipſis arbitris : petitionem obtulit iam dictus Hubertus dictis nominibus poſtulans,hæreditatem dictę.d.B. virtute ſubſtitutionis ſupraſcriptæ ipſis ambobus fratribus.ſ.Antonio & Amodeo decedentibus ſine liberis maſculis factæ.detractis quæ fuerũt(ſi qua ſunt detrahẽda)dictorũ Ant.& Amod.ex ꝑſona.ꝓponẽs nihilominus , ꝙ Amodeus multa alienauit de bonis dictæ.d.B.quæ aſſerit reſtitutioni ſubiacere.in ſolutionem nihilominus debitorum per eam teſtatricem legatorum.Quodq; ex defectum ipſius Amodei ven.conſilium Illuſt.Domini ſabaudiæ cõmuniter ſententialiter quinqaginta quatuor libras fortium redditur ſeu cenſus annualis quæ mouebantur de feudo præfati domini ſabaudiæ cõmuniter,& quæ fuerũt de hæreditate dictæ.d.B.fuiſſe apertius prælibato domino ſabaud.cõmuniter &c.Ex eo quia aſſeritur in dicta ſententia ipſum Amod. non præſtitiſſe fidelitatem, ante dictæ domino ſabaudiæ Comiti infra annum,& diem a morte genitoris ſui,qua ex cauſa competit idem Hubertus quo ſupra nomine ſibi reſtricti extimationem dicti redditus annui,Secundario eiſdem nomi-
nibus petit ab ipſo domino Epiſcopo quòd ipſe reddat rationem de adminiſtratione tutelæ prædictæ.Tertio & vltimo agit ad ſupplementum legitimę quon.Vgonetæ ſæpedictæ.

Hinc primum quæritur,quid iuris de ſubſtitutionibus illis.ipſis ambobus fratribus(vt præfertur)defunctis factis?

Secundo ſuppoſito quòd aliquid operaren-

tur

tur illæ ſubſtitutiones: vtrum propter alienata, & taliter cõmiſſa, cadat aliqua imputatio ipſi Amodeo?

Tertio, excitatur de viribus & effectu donationis ipſius?

Quarto, de illo iure agendi ad ſupplementũ legitimę dictæ olim Vgonetę: ne ad hæredes ſuos illud tranſmisfiſſet?

Quinto, de viribus illius quietationis,& liberationis,per Vgonetã factæ,ab adminiſtratione dictæ tutelæ,& diſpenſationis(vt præfertur)ſub ſequutæ?

Reuertamur ad primum,vbi illud mouet quæſtionem † quòd illa ſubſtitutio nullatenus potuit 1 valere iure directo: prohibente primitus impedimento perſonæ teſtantis, quæ cum ſit mater, nõ habens filios in poteſtate: & conſequenter non vt ſuos hæredes,(imo protinus velut extraneos) vt.ff.de ſuis & legit.l.nullam.vt quod attinet ad ipſos, extranea non poteſt eis directo ſubſtituere.ff.de vulga.& pupil.l.moribus ĩ prĩ. &.l. ſi mater.& quod ibi legitur & notatur.& inſti.de pupil.ſubſtit.§.vltimo arg.etiam.C.de rei vendicatio.l.i.§.extraneum.& quod legitur.ff. de bo.poſ.contra ta.l.illud.§.teſtamẽta.& inſti. de exhære. liber.§.mater.C.de impube. & aliis ſubſtitu.l.humanitatis arg.a iure ſingulari.cum ſi.impediebat quoq; qualitas perſonæ eorum quibus facta fuerat ſubſtitutio.quia non erant impuberes.imo maiores.quibus ſecundum vulgarem regulam.† nemo ſubſtituit directò præ- 2 terq; miles. Sed quotiẽs verba directa nullo modo poſſunt operari directo vel propter ſuã perſona,ideſt ſubſtituentis, vel eius cui fit ſubſtitutio: ſeu propter ſolemnitatem (vt quia in codicillis ſcribit) ſemp ad fideicõmiſſum trahũtur. nec rigor verborum, imo benignitas,l† ſpectatur.& pro omni tempore ſubſtitutio illo modo tenet(vt vulgo legitur) & per glo.notiſſ.de vulga.& pupil.l.verbis arg.ff.adtrebel.l.ſcæuola &. l.ex facto in princi.& de leg.i.filius familias.§. vt quis hæredem. Verba tamen illius legis ſcæuola, dicunt quòd teſtator in codicillis ſubſtituit. vnde eius legis verba verificantur hoc ipſo, ꝙ facta foret illa ſubſtitutio eo cõmuni verbo ſubſtitutio. Non igitur ſecundum Ia.de Are.de verbis directis neceſſariò loquitur.l.illa & ſi contra eum.& quòd opi.præcedens, facit optimè tex.illius.l.ibi licet ſubſtitutio inutilis ſit &c.& quod ſequitur benigna interpretatione &c.quę omnia ſonant quòd verba erant directa.& non cõmunia.ſi enim verbo cõmuni ſubſtitutio foret facta:& ſtricto iure: nedum ex benignitate foret vtilis ſubſtitutio &c.& quod litera dicit, quòd in codicillis impubes ſubſtituit:ſunt verba non teſtatoris.imo legis referentis factã pupillo ſubſtitutionem quod in dubio ĩtelligitur (ſecundũ eiusꝑſonæ cõditionem,)ideſt pupillariter quæ vt plurimum ſolet verbis fieri dire- 4 ctis. Nam in ambiguo † verbum legis interpretandũ in ſuo eſſe potentiori &c.iuxta iura vulgaria.pro glo.tñ illam inducitur etiam text.ff. de leg.iii.l.cũ quis.§.ſciam vbi erat verbum volo cui fuerat adiectum nomen hæredis ciuile, & mæri directum.quo caſu & illud verbum volo ratione † adiuncti reputatur directum.ſecũ- 5 dum id quod legitur per Bar.in d.l.verbis.& de optio.le.l.apud aufidium.& ſi poſſet dici ꝙ ibi verba directa non obliquantur. imo fideicom. in teſtamento pro codicillis fuit repetitum.ſ. faciẽdis poſt teſtamẽtum vnde notãdum quòd in.§.illo ſciam,in codicillis adempta fuit hæreditas.& directis verbis data aliis. Vnde ſi talis ademptor ſubſequens datio de per ſe, & abſq. alio fideicommiſſo facto in teſtamento habere tur ad fideicõmiſſum.& teſtamẽto inſtitutis ſolis talibus codicillis,reputaretur per fideicommiſſum grauare hæreditatẽ reſtituere ſecundo cui hæreditas ipſis in codicillis data erat verbis directis illa vulgaris regula, quæ habet locum, 6 quòd in codicillis † hæreditas neq; dari poteſt: nec admi.vt.C.de hiis quibus vt indigni.l.hæreditas.cum verbis imponerentur, & non rebus. & ſaltim iure fideicõmiſſi, eſſet adempta.& alii data quod non eſt dudum legis illas admisſiſſe vnde quod dicitur in.§.illo ſciam, contingit (vtdixi) vi fideicommiſſi in teſtamento prius relicti. Sed ſi dicatur quòd in.l.ſcæuola de per ſe verba directa obliquantur: dic quòd ſuperiora loquũtur in hæreditatis ademptione, & ſubſequenti datione.& perconſequens inſtin.in l.ſcæuola loquitur in ſubſtitutione quæ eſt remedium, mæritò ſecundum ſui naturam ne res diſſitiat quoniam nullatenus poteſt operari directò verbum ciuile: ideſt meredirectum operatur ex benignitate fideicõmiſſi. idemq; glo.videtur innuiſſe.C.de ſideicon.l.ſi frater tuus.tenens quòd illud compendium loquendi.ſ.quãdocũq; decedat relatum futuro maiori cui non 7 poteſt directo ſubſtitui.† interpretatur verbum fideicõmiſſum generaliter loquendo. Et ſic etiã ſi illud compendium ideſt breuis loquutio, quæ ſit illo verbo quandocunq; decedat: ſequantur verba mæredirecta ciuilia: puta talis ſic hæres arg.etiam quia debent verba præſertim teſta- 8 mẽti † aliquid operari etiam ſi oporteat ita interprætando, ea impropriari.ſicut quod magis eſt, in contractibus ſolet fieri.vt.ff.de præſcrip. ver.l ſi quis inſulam. & locati.l.ſi.vno in princi. Præterea, & diſpoſitionem teſtamenti ita ſem- 9 per oportet intelligi,vt valeat † non vt ex toto deficiat: verba quoq; ſemper ſunt intelligenda ſecundum qualitatem perſonarum quibus ſunt pro lata.ſeu inſpecta duntaxat ſubiecta materia(vt ſupra)vt quod & minus videbatur de ſententia legitur.ff.famil.herciſcun.& puto.§.i.vbi vt ſententia valeat impropriantur.& ſi quis dicat:quòd imo glo.palam & expreſſe inquit contra eſſe inſti.de pupil.ſubſti.§.fi.faciliter poteſt reſpõderi.fateri enim illud eſt neceſſe,quòd qui

dem

dé fuerint etiam gloſatores antiqui Iacob.de Are.& plerique moderni qui hoc tenuere.vt & Cyn.refert in.l.p̃cibus &.C.de codici.l.ii.moti ratione illa,ne.ſ.offenderetur voluntas teſtatoris:qui valere voluit directo,arg.C.de cõditio. inſert.l.ii.& eorũ oppoſitionem glo.Acur. retulit in d.§.fi.& ſi non ſit de mente ſui. (ſecũdum quod patet,)quoniam cum plenè attingit materiam in d.l.verbis.ſuam in contrarium ponit ſententiam: Nec obſtant quæ Acur.notauit in §.qua ratione inſti.de pupi.ſubſti. ſuper quibus fundatur glo.ipſo in.§.fi.ſcripta.loquitur enim in compẽdioſa,verbis directis impuberibus facta.ea enim quæ ob initio poteſt valere:iure directo:interprætationem recipit directe:& valet pro illo tempore,& non poſtea. quod tenet in l.præcibus &.l.centurio.ſecus eum non iure directo valere poteſt aliquo modo,vt hic.Quibus nec contradicit quòd Ioan. monac.ſcribit.c.ſi pater extra de teſtamentis lib.vi.& ſequitur Io. An.ibidem in glo.impugnantes.Acur.in eo qđ in d.l.præcibus notauit de materia huiuſmodi ſubſtitutionis cõpendioſæ: dicendo q̃ adiectio illa ſine liberis, quamuis ſit facta huiuſmodi compendioſa verbis mẽre ciuilibus, & directis. puta quandocunq; deceſſerit ſine liberis:ſit hæres.efficit quòd nihilominus pro omni tempore eſt fideicõmiſſaria tenentes ipſi de illa adiectione ſine liberis,quòd non imittat regularem naturam compendioſæ ſubſtitutionis. imo(illa adiectione non inſpecta) ſubſtitutio interprætatur directa:& ideo valet tantummodo in pupillari ætate.& non poſtea,inducentes.l.centurio vbi talis ſubſtitutio facta directo, & ſi ad ſit illa adiectio ſine liberis. nihilominus communi iure valet directò vt ibi in verbo iure cõmuni. Item quis inquit litera,quòd in huiuſmodi ſubſtitutione cadunt etiam pupilli bona,quamuis aliunde,quã a patre quęſita:quod nõ procedit, niſi iure cõmuni directo.indncunt etiam ad idẽ tex.illum vulgarẽ dictæ decretalis ſi pater quæ non curat illam adiectionẽ ſine liberis.nec q̃dq̃ innouat. quorum ſententiam, cõmunis omniũ modernorum opinio approbat. ſed caſum noſtrum nõ attingit.loquitur enim illa deſcriptio in compendioſa cum illa adiectione ſine liberi facta:per verba mære directa, & ciuilia . quo caſu,nemo eſt qui neſciat quòd in princ.potuit valere iure directo.ideſt pupillo impubere mortuo.Nimirum ergo,ſi non attenta illa adiectione ſine liberis valuit eo modo ab initio : & poſtea ruit omnino.quidquid ſcribat Acur.illo in
10 puncto.cum melius fuerit,†in re dubia verbis deſeruire , & poſt , quando res potuit eo modo valere directo intelligere. (vt vulgariter legimus).ff.de leg.iii.l.non aliter.& de ſupple.lega.l.labeo verſic.idem tubero de exercit.l.i.§.ſi is qui nauem.de regu.iur.l.ea quæ in partes.§.i. Adeo quòd quoties verba ſunt clara:& res ſecũ
11 dum illum ſenſum eſt valida. † non eſt quæſtio voluntatis habenda.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.iii.Mæritò venit ſubſtitutio intelligenda directò.cum ille intellectus cũuenit verbis,& perſonis:vt d.c.ſi pater idem quoq; tenet Acur.demptis illis verbis,ſine liberis.de ſubſtitutione facta impuberi verbis directis.quod qa poteſt alio valere modo iure directo, valet ab initio eo modo.licet poſtea ruat ex poſt facto, (ideſt Pupillo pubere facto,) vt notatur in d.§. qua ratione (ſicut dixi modo) &.l.præcibus.l. verbis &.l.centurio.imo plus exiſtimo : quòd ſi præcedit duplex ſubſtitutio compendioſa impuberi, verbo cõmuni moriatur,facta:& ſequẽti altera cõpendioſa verbis ciuilibus & mẽre directis cõcepta,priuris dubię & equocę recipiũt per vltimã iuterprætationem directarũ. velut cõuenientem verbis ac perſonis vt p̃allegato .c. ſi pater.& ſi caſu quo priores ſolę fuiſſent:reputarentur tantum modo fideicõmiſſariæ vt ſemper valerent vniformi iure.ſecundum glo.in d.l. præcibus &.l.centurio & ſi aliter dicat & malè in.§. qua ratione.inſpecto verborum cortice, quãquam aliud voluerit fortè: & idem p̃ omnia quod alibi ſemper conſueuit dicere , videlicet cum primitus inquit in pagano quòd ſi inſtitutus moritur impubes : quòd valet iure directo. intelligitur ſecundum præcedentia , in quibus fuerat compendioſa ſemper facta:per verba mærè directa , & ciuilia.ſ.quãdocũq; inſtitutus deceſſerit : talis hæres ſit.Illa enim compendioſa facta impuberi ſi deceſſerit,tunc aut fic per verba illum ſubſtituo, & tunc ad fideicõmiſſum trahitur:ſubaudi nec immæritò.quando hæredem futurum fuiſſe eo mortuo pupillo & deinde ſequitur finaliter,quòd ſi dixerit illum tuum hæredem facio.hæc non valet.vt.d.l.verbis non habet dubium:& concordat cum eo quo glo.ſcribit in l.præcibus &.l.centurio &c.At noſtro caſu cũ maioribus facta foret præſens ſubſtitutio non potuit vllo modo operari iure directo.
12 † Cogit ergo neceſsitas vt interprætetur illo modo quo poteſt.ideſt iure obliquo pro tempore toto Eoq; videntur illæ filiæ Vgonetæ ſaltem iure fideicõmiſſi admitendæ iam ſæpius dicat ex ſubſtitutione.

Ceterũ verius eſt oppoſitum. Allegata enim eo mituntur exſolo , quoniam ſubſtitutio nuſquam valere potuit iure directo. Vnde ne dictũ vt aliquid operentur: ad fideicõmiſſum trahuntur.vbi autem quoquo caſu aliquid operari poſſunt iure directo , cõmunis eſt omnium opinio quòd verba dumtaxat interpręantur eo modo: & operantur illo caſu ſolo.ita quòd non valet ſubſtitutio alio modo.imo poſtea ruit ex toto (vt d.l.verbis exprimitur.) tam in tex.quã eius gloſæ cõmento.&.l. in pupillari eo. titu.Cum igitur in propoſito fuerit generaliter facta huiusmodi compendioſa ſubſtitutio: cenſetur facta tam in primum caſum.ſ.non aditæ hæreditatis, ideſt vulgari modo quam & in ſecundum,

13 ideſt poſt hæreditatem agnitam.† iuxta omniũ cõm unem ſententiam tenentium de compendioſa generali.quæ fit impuberi,quòd amplecti tur vtrumq; caſum.ſ.tam primum q̃ ſecundum ſicuti refert Guil.de cun.ad plenum in d.l.prę cibus Iaco.Butri.Cin.& Rai.& in d.l.centurio. per Bar.plenius.Nec mirum cum verba ſint ge-
14 neralia † & ideo ſunt generaliter omni caſu intelligenda (ſecundum iura vulgaria) Potuit igitur huiuſmodi compendioſa quãuis maiori facta tam generaliter concepta:aliqno caſu vale re. velut directa.ſ.in primum. ideſt hæreditate non adita quo fit cõmuni omnium opinione retenta, quatenus non ſit aliter interprætanda. quã ſonent verba.ideſt dũtaxat vulgaris directa ex quo facta fuit per verba ciuilia & mærèdirecta.quo etiam caſu forſan ſaluari poteſt.glo.prę allegata in d.§.vltimo.inſti.de pupi.ſubſti.& tũc optimè probat: per not.ſupra eo.tit.in d.glo. magna.ſ.ad finem vbi illa concluſio extitit recepta:de ſubſtitutione compendioſa facta per verba ciuilia,& mærè directa pupillo.quoniam aliquo modo valere poteſt iure directo.puta à princ.non valet ex poſt facto:& nũquam trahi tur ad fideicõmiſſum, & ita credi debet.quòd voluit glo.illa in propoſito:vbi poteſt valere di recto,ideſt vulgari modo facta maiori vel extraneo directa ſolum modo valet iure obliquo.ſecus ſi facta fuerit cõmuni verbo ſubſtituo.tunc & enim quãquam poſſet operari vulgari modo nihilominus in ſecundum caſum,ideſt poſt aliã obliquatur (vt ad principium illa in glo.§.extraneo refertur) quibus illa concluſio elicitur, quòd ſi verbis mære directis ciuilibus compendioſa ſubſtitutione,& generaliter vulgarem tã tum operatur. Secus ſi cõmunibus,quia tunc & in ſecundum caſum,ideſt poſt aditam,obliquaretur:& ſic totaliter illa glo.extraneo, ſaluatur. præterquã in caſu noſtro. vbi ſunt verba mærè directa ciuilia:ſic ad vulgarem tantummodo reſtringenda.facit quoniam ſemper in ambiguo illa ſola creditur facta.ſ.quæuis diſpoſitio.tam inter uiuos,quam in vltima voluntate, cui poſ-
15 ſint ſimul conuenire. verba † quæcunq; prolata in diſpoſitione.Nec ſufficit aliqua congruere.imo oportet ſimul omnia eſſe conuenientia ſicuti expræſſum habemus.ff.de donatio.cauſa. mor.l.vbi ita donatur.& ibi per Bar.&.ff.de cõditio ob.cauſam.l.vltima. vnde prima illarum ſubſtitutionum primo morienti facta,vulgaris tantummodo eſt intelligẽda:eo quòd ante oĩa pleno iure voluit teſtatrix eius hæreditatẽ ad alium ſuperuenientem deuenire, & pertinere: quod contingere poteſt demum vulgari ex ſubſtitutione,non fideicõmiſſaria.Si enim nõ tranſfert plenaria iura,ſed tantummodo vtilia &c. ſibi igitur non cõueniunt,illa verba,pleno iure,ibidem inſerta,minus conueniunt ſequẽtia, quæ dicunt in ſolidum, cum fideicõmiſſum nõ transferat totum,imo retineat grauatus quartum. Adhuc ad fideicõmiſſum minus aptum eſt ſequens verbum.ſ.inſtituens ipſum ſuperuiuẽtem &c.In ipſo caſu ejus.ſ.teſtatricis.hæredem vniuerſalem, quod non poteſt verificari niſi in vulgarem:per quã vniuerſaliter hęres inſtitutus reputatur taliter ſubſtitutus.licet ſub cõditioue:& non fideicõmiſſarius,vt.C.de teſta.quoniã indignum.quam interprætationẽ adhuc iuvat:
16 quod ſequitur in omnibus bonis iuris.†& ſic ſine aliqua detractione.per quod ſcribit Bar.ad literam de tali compendioſa:quòd in dubio venit interprætanda directo, & nõ per obliquum in d.l.centurio,&.l.prębus ad fi.apparatus.Subito igitur expirauit illa prima ſubſtitutio matris hæreditate agnita ab illo Anto.& per conſequens eius portio non poteſt videri devoluta in ſubſtitutione, ſecundo loco facta vt.ff.ad trebel.hæredes.§.cum ita.Amplius & illa ſubſtitutio ſecunda ambobus fratribus facta eſt clarius cenſenda tantummodo vulgaris directa:& non etiam fideicõmiſſaria.Cum per expræſſum dicatur in ea quòd dicta tota hæreitas &c.Vnde in certis &c.(vt ſcribit Bart.vbi ſupra)quod & manifeſtius exprimunt ſequentia,ibi ratione inſtitutionis hæreditatis pleno iure &c. Aptiſsimè etiam huiuſmodi ſenſum ſequẽs verſiculus. & illo caſu.qui non niſi ſequitur in pſonis ſubſtitutis(vt ſupra)per expræſſum declaret de ĩtẽtione loquentis.nil aliud fuiſſe niſi quòd ſubſtituti directo:& immediate forent teſtatricis hæredes inſtituti.licet ſub cõditione ſi primi morirentur,non agnita hæreditate.& conſequenter ſi non eſſent hæredes:(quod patet) cum nõ ſimpliciter inquit de illo verbo cõmuni.ſ.ſubſtituit. imo ad eius limitationem verbum ciuile & mærè directum.ſ.hæredes adicit.& ita ſubſtitutionem ad illum ſolum caſum reſtrixit quod apertius immediate ſubdit.ſ.q̃ voluit eos ſubſtitutos,eius eſſe hæredes .puta teſtatricis vniuerſales &c.in omnibus bonis hæreditatis ſuæ. Expirauit igitur quoq; continuò illa ſecunda ſubſtitutio;cum & agnita fuerit hæreditas ab illo Amodeo.Nõ igitur de ſubſtitutione aliquid quærendum eſt a modo, quoniam ſupponitur in facto amborum fratrum hæreditatis aditio quibus tollitur illa.l. Scæuola (& quod magis vrget)ſicut dixi ille.§.ſexum. ſpe uldubio enim cũ in codicillis facta fuerit illa ſubſtitutio:quibus hæreditas non poteſt dari aliquo modo directo:pro tãto ibi,nec etiam in primum caſum, ideſt non adita hæreditate nõ potuit valere ſubſtitutio.Benignam igitur interprætatione pla-
17 cet,† vt verba eriam mære directa ciuilia, quæ vllatenus nõ valent operari directo : trahantur ad obliquum.poteſt etiam dici(vt ſupra).l.q̃ in §.ſciam in teſtamento per fideicõmiſſum cõfir mauit futuros codicillos.& illud fideicõmiſſum operatur vbi autem directa verba in codicillis probata trahuntur ad fideicõmiſſum.Minus inſuper obſtat illa.l.ex facto eo.tit.cũ non foret

ibi

+ cōcordat plenius distinguendo casū cons. 152 lib. 2 quē videas ocū

ibi generalis ſubſtitutio. imo facta tantūmodo in caſu ſecūdo. ſ. poſt aditam hæreditaté ex cā fideicōmiſſi. grauando hæredem ſuū, vt faceret hæredem quempiam aliū. Nam nemo dubitat
18 † quòd fideicōmiſſum incipit poſt hæreditatē agnitam tantū vt. ff. ad trebel. l. ille a quo. §. i. & l. eam quam. C. de fideicom. Nullo ergo caſu, illa verba ciuilia & mærè directa poſſunt directo operari. Idcirco trahūtur ad fideicōmiſſum. Vn de Breuis eſt concluſio in ſubſtitutione compē. dioſa maioribus facta directo. pro. Aut genera-
19 lia, & mærè directa. † tūc interdum non poteſt aliquo modo valere iure directo. i. nec in vulgari modo, & nos cogit ne ſit inutilis omnino. ꝙ interpræremur illa verba in fideicōmiſſum vt dicta. l. Scæuola & in. §. ſeiā, Aut poteſt valere directo ſaltē vulgari modo, & vt deſeruiamus verbis: in dubio creditur facta ea ſubſtitutio dūtaxat illo modo: & pro eo ad literam videtur tex. admodū notebilis. C. de hæredi. inſti. l. fi. vbi ꝙa pla. maiorem & extraneū hæredē inſtituit eiq; Sempronīū generaliter verbis directis hæredē inſtituit, illa ſubſtitutio directa dubia, recipit interprætationem directæ vulgaris tantū quod & ſequitur Acur. in. l. ex verbis ad fin. apparatus. & eo modo (vt præfertur) glo. ad finem in dicto. §. extraneo verificatur in eo vt de ſubſtitu-
20 otione compendioſa, † verbo ciuili directo. ſ. hæres ſit extraneo vel maiori facta: ꝙ non intelligit fideicōmiſſaria ſupple. Sed recipit interprætationem directæ vulgaris. vt d. l. fi. & etiam tūc bene. quæ ſunt not. per glo. in. §. qua ratione ſuper quibus fundatur quòd potuit iure directo valere in pupillari ætate: vel dici poteſt ꝙ in l. fi. indeterminate, ideſt abſq; ipſius determinatione facta fuerat ſubſtitutio illa. Vnde conſonant in pupillarem ætatem directa dubia. idcirco recipit interprætationem alterius ſolius directæ. ideſt vulgaris. & eo modo loquit illius glo opi. & ita videtur ſentire Iaco. de Are. vt refert Cy. in l. præcibus ad fi. approbat. ſecundū quæ non facit præallegata. l. fi cum dicta glo. ad ſubſtitutiones de quibus ſupra compdioſas, ē ideſt ſub compendio, cū certi temporis determinatione collatas. Quòd ſi non generaliter, ſed in ſecū dum caſum, ideſt poſt aditam hæreditatem por
21 rigitur † illa compendioſa ſubſtitutio ad fideicōmiſſariam trahenda eſt omnimo. quia nō poteſt valere aliquo alio modo. vt. C. de fideicom miſ. l. ſi frater tuus, & quod not. ibi in glo. fi. ibi & dic verbis fideicōmiſſi. ſ. quādocūq; decedet. illud enim compendiū verborū qñcunq; decedet relatū ad maiorem poſt aditam hæreditatem. ſemper interprætatur obliquum quibuſcū que verbis in ea ſubſtitutione prolatis (vt dixi) quimo ſcribit Bar. in. l. verbis per omnes Doct. teneri (quod etiam placet ſibi). ſ. de pupillari facta maiori, ideſt compendioſa, in ſecūdūm ca-
22 ſum, ideſt poſt aditam hæreditatē collata. † quę inſtar pupillaris habet ꝙ non trahitur ad fideicōmiſſum illa ex ratione quia facta pupillo expirat pubertate: ab eo ergo tēpore, non poteſt incipere arg. ff. de vſuf. l. vſumfruct. cum moriar. & deleg. i. ſi fundū per fideicommiſſum. §. fi. cū l. ſequen. multo ergo minus poteſt ad fideicōmiſſum trahi in caſu præſenti. vbi aliquo caſu, iure directo potuit operari (ſicut ꝓbaui) Aliud quoq; ad protinus tollendam huiuſmodi ſecūdariam ſubſtitutionē ambobus fratribus morientibus factam: Antea aduerto probabiliter addi poſſe. ſ. ꝙ ſcripſit illam ſubſtitutionem tabellio multum defectiuè. Cum enim primū ex ordine ſubſtitutus nominaſſet filias dictorū fratrum, aut alterius eorū, deinde ſuas, ideſt ipſius teſtatricis: adiecit finaliter verba illa, aut earum vel alterius earū. vnde ne verba illa puta, aut earum vel alterius earum remaneant ſine intellectu, atq; fruſtratoria. oportet ibi cum dicit earum vel alterius earum ſubauditi. ſ. liberis. præſertim ex ſequētibus vbi nominatim poſt ſuas, & fratrū filias addidit. earum vel alterius earū
23 liberos. † Mæritò præcedentia ſupplentur ex ſequētibus &c. imo magis & fine ſequētibus ſupplent tex. legū nomē inſtituti, ſeu ſubſtituti prę termiſſum errore notarii apparens tamen rane adiūcti, quaſi plus dictū, & minus ſcriptū, vt C. de teſta. errorem expræſſit. & plene legitur & habet. ff. de hæredi. inſti. l. i. §. ſi ex fundo verſ. ſinautem &. l. quot in prin. eo. tit. Poſt igitur filias fratrum nec non eius teſtatricis proprias, immediate ſubſtituit earum vel alterius earum, (de quibus ſupra.) imo tantummodo loquuta eſt teſtatrix nominatim & expræſſe de liberis ſuarum filiarum eo quòd ī ſubſtitutione ſtatim ſequitur expoſitiuæ, & reſtrictiue, videlicet dictarum Margaritæ & Iacometę. Eſt enim illa ad
24 iectio videlicet † expoſitiua, & reſtrictiua, reſtringens illam ſubſtitutionem ad liberos ſolos dictarum Margaritæ & Iacometæ filiarum teſtatricis. vt inſti. de attil. tuto. §. nos autem &. ff. quibus ex ca. maio. l. videlicet cum ſim. Illi igit tantummodo filiarum teſtatricis liberi, cum filiabus omnibus (de quibus ſupra) repertiuntur ſubſtituti. quo oportet & alterum alternatiuā ſe ibi liberos ipſarū, vel alterius earum repetitā in ſequēti verſi. ſ. cū ſequitur. Et illo in caſu &c. ad ſolos liberos ipſarum Margaritæ & Iacometæ protinus reſtringere: præſertim ob id pronomen ipſarum rei antelatæ, ideſt filiarum. de quarum liberis prædixit demonſtratiuum. potiſſimè cum ille verſus. Et illo in caſu (ſicut dictum eſt ſupra) teſtatrix adiderit tantum ad magis ſe declarandum, & limitandum. de qua loquebat ſubſtitutione? & quomodo illas ſolas perſonas ſubſtitutus (de quibus ſupra) voluit intelligi: & totaliter videri directo, & non per obliquū hæredes futuras eius. ſ. teſtatricis vniuerſales ī ſtirpes, & non in capita. in omnibus bonis hæreditatis ſuæ non intendens aliqualiter nouos addere illo in verſu. ſubſtitutos. Alioquin inducta

ad vnum effectum †ideſt reſtringendum operaretur contrarium centra loquentis propoſitum.quod nullatenus eſt dicendum.vt vulgariter legitur.ff.de lega.i.l.legata inutiliter, de ficondi.& demonſt.l.cum talem.§.fi.in fi.&.C.de de inſtrum.l.fin.in fi.cum ſi.propterea non poſſunt videri illæ filiæ Vgonetæ & Huberti aliqualiter ſubſtitutæ.Fruſtra igitur Hubertus ex illis ſubſtitutionibus innititur. Rurſum & ſi adhuc illæ Huberti filiæ forent ſubſtitutę : verbaq; illa omnino directa traherentur ad fideicõmiſſum illud ſaltem non habet dubium,quòd nil ſupereſt de relictis ab ipſa teſtatrice quod non ſit feudale.& conſequẽter iterum nihil eſſet quod in
26 reſtitutione fideicõmiſſi venire poſſet: † quoniam feuda nullatenus ex vniuerſali fideicõmiſſo veniunt reſtituenda.argu.ff.ad trebel.l.ſi patroni.in princ.& illudmet tenet Dyn.& poſt eũ
27 Bar.nec immerito,non enim feudũ † transfertur in ſucceſſorem iure hæreditario vaſſalli immediatè defuncti. imo magis habetur cõceſſione domini,& prouiſione primi parentis . pro ſe,& omnibus eius futuris deſcẽdentibus ſeparatim aquirentis.ſicuti legitur, & in glo not. in libello feudorum.tit.qui.feu.da.po.§.cum verò Coradus.in glo.frater & tit.an filius,vel agnatus repu.hæredl.po.feu.ate.c.i.& plenè leg.in titu.de de ſucce.feu.§.hoc quoq;.& in tit.ſi de feu.fue. contro.inter do.& agna.c.titius.Meritò nõ po
28 teſt ſucceſſor vaſſalli † in feudo grauari,eriã iure vniuerſalis fideicõmiſſi.arg.ff.de adopt.l.Si arrogator.§.i.&.l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta,nec mirum.Cum & ſi vaſſallus vtiliter ſit dominus permiſſione primi parentis,& beneficio domini(vt præfertur)morte,tantum ipſius finitur tale dominium.quia mors omnia ſoluit.& per eius dominii anihilationem ſucceſſor de nouo vtiliter ſit dominus iure ſuo.tot igi
29 tur ſunt† dominia vtilia,ſeu feuda,realiter.imo diſtincta,quot ſunt vaſſalli.& ideo tot cẽſentur ſtipulationes.ſeu primi parentis aquiſitiones. quot ſucceſſores,& cuiq; ſucceſſori,pdeſt ,ppria ſtipulatio.ſeu alia aquiſitio ſibi facta a primo defuncto.arg.ff.de verb.obli.l.quod dicitur,& ſcire debemus, & deleg.i.ſi ex toto.§.vltimo.Nõ igirur in feudo,ſucceſſor ab immediate defuncto honoratur in aliquo.ideirco nec in eo gra-
30 uari poteſt aliquo modo. iuxta illud quem nõ honoro,non grauo &c.& hæc omnia ſequitur. But.ſuo quodam in cõſilio.vbi conſuluit de facto,quòd ſi vaſſallus moriendo prælegauerit feudum vni coheredũ : ꝙ ideo non valet huiuſmodi prælegatũ:quoniam & ſi poſſet legare teſtator nedum rem ſuam,ſed & cuilibet ſui hæredis vt .ff.de leg.ii..vnum ex familia.§.ſi rem.& inſti. dele.§.non ſolũ.& per conſequens grauare potuiſſet eius hæredem : qui in feudo ſucceſſerat de nouo,iure ſuo , & ad præſtationem illius ſui noui feudi:tamen in dubio teſtator non videt legare niſi ius proprium, ideſt eius vtile dominium:quãuis ipſius morte ſit futurum,quia ratione non valet tale prælegatum arg.C.de leg. l.ſi vxor patrui.& quod ſcripſit Acur.de lega.i.l. ſi domus.§.de euictione.Illud igit(tenet in feudo expræſſè quod feudum morte vltimi ex vaſſali,& ideo incipit ab eius ſucceſſore ex domini beneficio:& prouidentia parentis primi ſeparatum.ſuis omnibus futuris deſcendentibus prouidentis.Adeoq; (vt præfertur tot ſunt feuda quot vaſſalli,illudq; conſilium refert & ſequitur Bald. in l.vnde dicitur.ff.de petit. hæred.) Quòd ſi quis dicat Butri.videri innuere ipſo ex conſilio , quòdſi apparerent de mente teſtatricis , quòd vellet ſucceſſorem grauare in ipſi ipſius proprio feudo(quod vt præfertur)initium ſumit ab eo , ſicut contingit in propoſito valeret proculdubio fideicõmiſſum in eo.Cu-
31 ius gratia venit præmittendum † ꝙ & ſi ſecundum conſuetudines feudorũ,in huiuſmodi feudis nulla valeat vltimæ voluntatis ordinatio,vt in tit.de ſucceſſ.feu.in prin.ille tamen loquitur quando vaſſallus deceſſit ſuperſtite filio & nepotibus ex altero pręmortuo,ſolo feudo eis relicto(forſitã vti contingit in caſu noſtro) quoniam non poſſidebat defunctus bona aliqua allodialia,ſed tantum modo feudalia: tunc enim illi deſcendentes, quãuis feudum illud in eis deſcendebat per mortem vaſſalli.illud tamen non percipiunt iuditio illius immediati defuncti. imo(vt dictum eſt)iure ſuo,per prouidentiam legis & primi parentis.quo fit , vt in tali feudo non valeant ipſi ſucceſſores grauari aliquo modo.& conſequenter nec inter eos a defuncto taliter prouideri:quòd ipſo in feudo nõ ſuccedãt in ſtirpes.vt ibi,& d.l.Si arrogator in prin.&.l. quoniam in prioribus & de leg.ii.l.cum patronus. Porrò ſi talis moriẽs,multo locupletius patrimoniũ in allodialibus relinqueret, quàm ſit feudum talibus ſuis deſcendentibus. quo caſu eoſdem in rebus propriis aliunde quæſitis poſſet grauare.vt d.§.ſi rem,&.§.non ſolum.multo magis in feudo,quod ſaltem deſcendit ab eo,& ſi non eius ex iuditio,vt innuit But.ex illo conſilio.quod enim dicimus de legitima : & qualibet alie portione debitã,quòd non valet grauamen iniunctum in ea:loquitur quotiens ipſa ſola reperitur conceſſa. Alioquin ſi multo plus foret in alio honoratus.quia quem honoro:ſemp grauare valeo.plus valeret grauamen in portione debita quàm in aliqua alia re grauati aliunde quæſita.(vt patet ad ſenſum.) Concluſio eſt igitur:quòd quia teſtatrix illa nulla deſeruit bona immobilia:quæ non eſſet feudalia,ꝙ nihil valeret circa ea ſubſtitutio illa.Si quoquo reputaretur fideicõmiſſaria.Planè & ſi valerent ſubſtitutiones ambæ velut fideicõmiſſarię:& bona forent allodialia,multæ forent de ipſis detractiones faciẽdæ.Nam ex perſona Antonii præmortui,detraheretur legitima,ſibi iure naturę debita a matre:& trebellianica,quę ad minus aſcen-

dũt

dũt vſq; ad dimidiã ſuę portionis, q̃quidẽ dimidiã ſuꝑſtis Amod. nõ habuit iuditio matris teſtatricis. Sed extrificus iuditio, & ex teſtamẽto eius quõdã Antonii fratris. quoniã igitur Amodeus fuit hęres hæredis: quaſi fortuitu, & non iuditio primę teſtatricis conſequtus fuerit hæreditatem. In ea modo tenuit grauamen nec reci-
32 piendum eſt (inquit lex) vt † cui non dederis, eum rogando obliges. ff. de leg. iii. ſed & ſi fit fideicõmiſſum in fi. Reſtaret igitur, quòd Amodeus ex cauſa primi fideicõmiſſi ad plus non videretur habuiſſe niſi alteram dimidiam Autonianæ partis, quæ caderet in vltimo fideicõmiſſo. de quo. vna cũ portione Amodei. quæ ſimul in ſumma aſcendunt vſq; ad nouẽ vntias totalis hæreditatis primæ teſtatricis. de quibus ipſius Amodei ex perſona detraheretur ſua legitima & trebelianica. aſcẽdentes quoq; ad minus quatuor vntias cum dimidia. reliquis dũtaxat quatuor vntiis cum dimidia in fideicõmiſſo remanentibus (ſicut hodie ad tollendas legiſtarum controuerſias) vulgo eſt receptũ extra de teſta. c. Rainũtius. &. c. Rainaldus. &. c. i. eo. tit. lib. vi. quibus eſt ſtandum, quãuis Inno. ibidem teneat ſeptem vntias detrahendas ſimul pro legitima & trebellianica: & ſolas quinq; p fideicõmiſſum reſtituendas. At extra. de teſta. c. Rainaldus in glo. nõ legauit in fi. approbatur quòd ſupra dictum eſt. (quod velut cõmune dictum) inquit Ioan. And. ibidem tenẽdum. atq;. hac in trebellianica (veluti liberis primi gradus debita: nulla eſt fructuum computatio facienda. vt. C. ad trebel. iubemus. Quibus ex omnibus liquet quid de illis ſubſtitutionibus ſit tenendum. quod fuerat primitus diſcutiendum.

Circa ſecundum, illud non habet dubium de alienatis in cauſam æris alieni: quòd ob id Amo
33 deo nihil poteſt imputari. Cum & ſi ea † quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari voluntarie, permittuntur tamen diſtrahi cogente neceſsitate ęris alieni. ſ. ipſius defuncti (puta propter eius creditores & legatarios). nec taliter alienata computantur hæredi in ſua legitima, nec trebellianica. argu. ff. de leg. i. l. filius fam. §. diui. & quòd legitur & habẽtur. C. cõmunia de leg. auth. Res. quæ argu. etiam. ff. fam. hærciſ. alienationes. Sanè nec licet ex perſona ipſius Amodei culpã aliquam aſcribere illius talis qualis. primitus cum ſit nulla ipſo iure. veluti prolata. ab incompetenti iudice. Cum enim proparte domini moueret quæſtio aduerſus ipſum Amodeum vaſſallum: & illud ſit notorium, quòd infiniti ſunt pares curiæ illi fuere pro huiuſmodi controuerſia adhibendi. non via inquiſitionis extra ordinarię. ſed per conditionem ex moribus, vel Imperiali conſtitutione via ordinaria
34 & ad procedendum. † quorum omiſſio reddit proceſſum & ſententiam nullam. vt in libello feu. tit. de prohi. ali. per Federi. l. Imperialem. §. præterea ſi inter duos & in tit. de cũtrouer. feu. apud pares. ter. c. ſi inter dominum & in tit. de milite. qui contumax eſt. c. dominus vocat mili-
35 tem. Eſt quoq; illa ſententia † protinus nulla: eo quòd non apparet de aliquo proceſſu, ſine quo nullatenus poteſt ſubſtituere. idcirco cautus litigator non minus conſeruat proceſſum, quam ſententiam, quaſi vnum ſine altero nil valeat: ſecundum. Inno. extra de offic. & pot. iud. dele. Cũ
36 in iure paritus. Nec enim creditur iudici † ſua in ſententia aliquid aſſerenti de proceſſu. ideo quòd ſtatutum eſt in cauſis quòd ad ſint tabularii ad acta conſcribenda deputati: qui geſta redi-
37 gant in publica forma † Ea enim dũtaxat fidẽ faciũt de proceſſu (vt vulgo legitur, & habetur) extra de probat. C. quoniam contra falſam. C. de re. iudi. l. geſta. & de donat. l. in donat. & per Bar. plenius. ff. iudi. ſol. l. cum lite. mortua. extra de renunt. in præſentia cum. ſi. fuit enim ea talis qualis ſententia: illo Amodeo totaliter abſente
38 prolata: vnde verba aſſertiua † in inſtrumento illius ſententiæ prolata, de illo proceſſu aſſerto nil probant in præiuditium olim Amodei, nec hęredum. neq; quorum libet aliorum tunc abẽtium. Cum acta talis proceſſus non potuerant geri tempore eius inſtrumenti: quo fit vt non inſtrumentum, quo ad talia actitata, ſed magis literę teſtimoniales reputentur: nullam fidem de hiis fatientes. vt ſcribit Inno. illo in c. quoniã contra falſam. opportet ergo habere principalia inſtrumenta de ſingulis geſtis, vt legitur. C. de fide inſtrum. & iure aſte fi. l. i. ĩ tex. cum glo. quãuis quãtum pertinet ad præſentes, talia verba narratiua inſtrumentorum, aſſertiua actorũ, quæ tunc non poterant interuenire: probent illa omnia interueniſſe non vi ipſoprum inſtrumentorum, quoniam ad ea non pertinet tabellionis offitium: imo tantum modo ad geſta tẽpore rogitus, & inſtrumenti confecti eius in prę ſentia: ſed probant virtute confeſsionis tacitæ ipſo ex rogitu notarii reſultante: & mandato ipſi tabellioni iniuncto confitiendi etiam de talibus inſtrumentum publicum. vt pulchrè & eleganter tex. vulgaris in l. optimã. C. de contrahẽ. & comitẽ. ſtipul. & B[illegible] in l. ſciendum. ff. de verbo. ob. & per Iaco. de Are. & Cin. in l. emancipatione. C. de fide inſtru. optime facit quòd legitur. C. de iure delib. l. quidam elogio. & extra de cenſit cum olim. & ibi per Innocẽ. proinde infertur. & allegatur nullitas illius ſententiæ: & taliter aduerſus quondam Amodeum iudicati. puta propter defectum peremptorii, qui & eo tempore non potuit explicari. imo aliquandiu ante. id circo non prodeſt, quod reperitur ipſo in inſtrumento iudices aſſerere peremptorium illud interueniſſe. imo aliter oportet de eo conſtitiſſe: & literas illuſtr. & excel. domini ſabaudię Comitis conſeruaſſe. Non igitur præſtat impedimentum illud iudicatum quod de iure non ſortitur effectum. imo nihil profuit conatus cũ iniuria non ſortitur effectum &c. Præterea, attẽ

Scor. Ano. de bub. cons 29 nº 6.

to quòd illa ſententia nam tranſiſſet in rem iudicatam:ſi qui fuiſſent fideicõmiſſarii.l.quibus oppoſuiſſet in euentu conditionis, & mortis, Bãniti bona reſtitui in eorum preiuditium:quoniam res inter alios acta &c.ſecundum iura vulgaria.& maxime in rebus ſubiacentibus reſtitutioni ex cauſa teſtamenti: vbi condictionis
39 euentus † ipſo iure reſoluit omnia retroacta, vt.C.cõmunia de lega.l.h.§.ſed quia.& in Authen.res quæ.ſatis eſt quòd illa ſententia(& ſi eſſet valida)quòd adminus iniquitatem contineat: quoniam talibus fideicõmiſſariis(ſi qui eſſent)ſaluum foret ius talis iniquitatis obitiendæ,& huiuſmodi res apud quemcũq; tranſlatas occaſione talis ſententiæ, poſſent ipſi fideicõmiſſarii ipſo iure totaliter vendicare.illa ſententia minime obſtãte & abſq; alia hæredis grauati fienda reſtitutione decem.§.ſed quia legitur &
40 habetur in tex.cũ glo. Et mæritò quia vbi † res non poteſt reſtitui à grauato:condictione eueniente.vel quia decesſit ſine hærede, vel contumaciter abeſt, ſeu res reſtituendas non habet: lex ſupplet defectũ eius non reſtituentis:& ipſo iure in fideicõmiſſarios actiones & dominia transfert.C.ad trebel.l.præale.§.cum autem.Illa vero ſententia eo maxime poteſt videri iniqua: quòd ille Amodeus infra annũ, & diem à morte fælicis recordationis genitoris moderni ſabaudiæ Comitis, non fuit negligens circa recognitionem.imo generaliter per præfatum illuſtriſſ.Principẽ fuit de ipſo feudo inueſtitus. Ruit ergo eius ſententia.quod fuit motiuu ipſius principale.Amplius,& ſi infra annũ, & die non fuiſſet reinueſtitus: poſtea(vt ſupponitur) in illa ſententia.Idem dominus Comes ſponte recepit eiuſdem Amodei recognitionem.quo videtur remiſiſſe ius deiectionis ab ipſo feudo. ſicuti legitur, & habetur in libello feudorum, tit.quo tempore miles.& tit.quæ fuit prima. ca.bene:ammitte.in princi.&.§.i.& in ſimili legitur,& per glo.not.in.c.potuit extra: de locatio.&.C.de iure emphi.l.ii.arg.in.l.poſt diem.ff. de lege cõmiſſ.& qui ſatiſda.co.l.ii.princi.C.de pact.inter empt. & vendit.l.commiſſoriæ (licet enim in ſimili de emphiteuta non ſoluente canonem infra tempus legitimũ dicamus) † quòd
41 cadit ipſo iure quia tamen huiuſmodi cõmiſſioni legali ineſt condictio.ſ.ſi dominus voluerit: ne talis cõmiſſio inducta ſuo fauore, eo quòd ſua poſſet intereſſe,emphiteutam non cecidiſſe
42 † redũdet in eius odiũ: res emphiteotica nunquam cadit in cõmiſſum:ante declarationis voluntatis Dominicæ,euentũ.imo vtilem habet
43 emphiteuta in rem actionem † contra quemlibet extraneum.ita quòd coniunctus non põt allegare illud ius tertii Dñicũ ſecũdũ Acur,qui hoc not.in.l.ii.ff.ſi aget vect.vel emphi. pe.ar. etiam.ff.famil. herciſ.is autem.§.i.& reformatur emphiteuta perpetuo (volente ipſo domino)multo magis in feudo.vbi propter cnlpã

Rolan. a valle cons. 87 n° 33 lib. p° 87

44 † non priuatur vaſſallus ipſo iure, feudo ſuo, imo ſententię iuditialis interuentu.vt in libello feudorum.tit.de na.feu. in princi. &.d. c.i.quo tempore miles cum ſi.Multifariè igitur liquet quòd huiuſmodi fideicõmiſſariis(ſi qui forent) talis ſententia nihil noceret.imo eorum ius ſaluum eſſet ad illa bona feudalia(vt præfertur)à poſſeſore vendicanda. Non ergo in legitima, nec trebelianica ipſius quondam Amodei.talia(veluti male alienata)venirent imputanda. quæ ſuffitiunt de huiuſmodi dubitare declaran da:& radicitus eneruanda.Rurſum cum illæ,Huberti filiæ non vocentur ex ſubſtitutione:quoniam earum non intereſt,fruſtra poſtulant exti mationem rerum(vt aſſeritur)cõmiſſarum.

Redeamus ad tertium, vbi illud facit dubiũ: Quòd talis donatio minimè fuerit inſinuata: quo vltra quingentos aureos, videtur prorſus inualida,neq; iuramento poteſt videri purgata: ipſius inſinuationis omiſſæ vitio.eo quòd talis
45 † inſinuatio reperta videtur pro bono, & iure publico conſeruando. vt tales falſitates hominũq; captiones effugiamus. ille enim eſt finis talis ſolemnitatis argu.C.de fideicon.l.fi.& de teſta.l.teſtandi forma.& plene legimus in l.nemo poteſt.ff.de lega.i. Adeo,quòd non tenet renuntiatio ſponte facta legibus, quibus inducta. eſt inſinuatio, & legitur & per Bar.ad literam not.ff.de dona.l.modeſtinum.in quæſtione qua
46 quæritur † an legibus inſinuatis neceſsitatem importantibus,valeat renuntiari?id quoq; ſcribit Guliel.de Cun.& poſt eum Bal.C.de ſacro. ſan. ecle.illud & Cyn.poſt Pet.in l.ſi quis pro redemptione.C.de donat.& Ioan.And.in addit. Speculi in tit.de inſtru.æd.§.porrò.Illud autẽ iuramentum quod aduerſus publicam vtilitatẽ
47 † ſen morum honeſtatẽ, eſt præſtitum:nullatenus eſt obligatorium:etiam ſecundum ius canonicum.Nec conuentionis alicuius confirmatiuum, vt extra.de foro compet.ſi diligenti ad fi. eſt expreſſum:& in regula non eſt obligatorium arg.etiam.ff.de pac.l.iure gentium.§.& generaliter.de lega.i.l.ſi quis inquilinos.§.vltimo &. l.non dubium.C.de legi.Solemnia enim vt inſi-
48 nuationes † & ſimilia reputantur de forma rei geſtę:quæ forma dat eſſe rei.Nec aliter donatio
49 † poteſt videri carens ſolemnitate formali.Id circo non poteſt iuramento firmari:quia quod caret eſſe,non poteſt confirmationem accipere & ideo ſcribit Bar.expreſſe in l.ſi quis pro eo. ff.de fideiuſſ.in viii.articulo.quòd cum in hibetur conuentio ratione defectus ſollemnitatis formalis, non roboratur iuramento inſerto in donatione minimè inſinuata,quòd pro inde nõ confirmetur talis donatio ſpetialiter,& expreſſe tenet Bal.in d.l.illud.licet contrarium dixerit Ioan.And.in d.§.porrò.(vbi ſupra)Et ſi dicatur vt ipſe Bar.ibidẽ ideſt in l.ſi quis pro eo inquit,
50 † quòd iuramentum ſaltem habet vim clauſulæ,quòd ſi res non valeat vt agitur:valeat ſaltem

vt poteſt.argu.ff.de leg.ii.l.cũ quis.§.codicilli. &.l.cum pater.§.filiis matrem. C.de trãſac.l.ſi quis.maior Reſpondetur non videre poſſe hic vllo modo valere, puta velut ob cauſam facta: ſeu mæritorum præfatorum remuneranda,quæ non exigit inſinuationem.vt legimus.ff.de donat.l.aquilius regulus in glo.&.l.ſi pater in fi.eo. tit.videt enim de meritis ſeu alia cã apparere oportere. aliter quam per illa verba mæritorum generalia in donatione aſſerta.argu.de caſtren.pecu.l.ſi forte.& quod in ſimili ibidem ſcribit Bar.expreſſe.& C.de collat.l.ſi donatione in glo.& d.l.ſciendum per Bar.& d.l.cum quis.§. titia honeſtiſſima de lega.iii.&.l.qui teſtamentum.ff.de probat. & tenet Guliel.& poſt eum Bal.in d.l.illud ſed hiis non obſtantibus, profectò valet talis donatio: præſertim, quia donatrix non ſolum ſe aſtrinxit ad donationem inter viuos tantum.imo huiuſmodi annuum reditum donauit nominatim & expreſſe donatione cauſa mortis, ac donatione interuiuos,& generaliter qualibet alia donatione, qua melius valere poteſt illud autem eſt certum: quòd do-
51 natio † cauſa mortis olim ad inſtar donationis interuiuos, erat inſinuanda vt. C.de donat.l.donatio.hodie tamen ſi quinq; teſtibus extitit vallata:non requirit ſolẽnitatem inſinuationis,ſicuti hodie eſt expreſſum.C.de don.ca.mor.l.ſi.& not.glo.in d.l.ſi quis pro redẽptione.& Specu. in d.§.porrò. In dubiũ igitur nõ venit: quòd ſaltẽ, vt mortis cauſa donatio valuit & tenuit ex quo per donationẽ, nunquam reuocata fuit illa enim alternatiua vel. inter incompaſsibilia
52 per donationẽ inſerta † non electionem ſignificat.ſed ordinem.(vt in ſimili legitur & habetur) in.l.fi.C.de codici &.l.i ff.eo.& de lega.ii.cum pater.§.penultimo vbi alternatiua poſita inter teſtamentũ, & codicillos ab inteſtato relictos, quæ ſunt incompaſsibilia: eſt nota ordinis.& eſt ſenſus: quòd valeat primum iure teſtamenti (ſi poteſt)& ſi nõ,iure codicillorũ. Et ita Rectè ad propoſitum voluit donatrix quòd valeret ante omnia iura, vt donatio, ſi valere poterat, quòd ſi non,tantum valere iure donationis interuiuos: quòd ſi forſan adhuc non valeret eo modo voluit valere iure cuiuſlibet alterius donationis.pro vt melius valere poſſet:quæ clauſula & ſi non fuiſſet expreſſa: tacitè(iuramenti vt præfertur præſtiti vertute)ſub inteligeretur: & ſi eſſet.eoq; adhuc ſi nõ tenuiſſet, vt mortis cauſa donatio· tenere videretur vt quaſi quædam prædictorum mæritorum remuneratio· vbi(ſicut dixi)nõ exigitur inſinuatio: quoniam licet confeſſio mæritorum effectum non operetur
53 inductiuũ eorum.imo vbi † opus eſt: verba nõ ſufficiunt vt d.l.quòd ſi forte probationẽ tamẽ mæritorum videtur inducere. ex quo plenam
54 habet ſuarum adminiſtrationem rerum.†.quaſi liber in re ſua moderator, & arbiter, & talis qui ſibi in confitendo præiudicare potuit.ff.de-poſiti.l.publica in fi.licet in hoc vltimo varient pleriq;. Sed non eſt curandum,quonia m ſine dubio procedit primũ quod de mortis cauſa donatione exitit dictũ.vnde non obſtat defectus inſinuationis & tenet ea donatio, quod fuerat ꝓbãdũ tertio licet cũ(vt ſupra)ſublata ſit ſubſtitutio fruſtatoria fuerit huiuſmodi diſputatio.

De quarto, modica eſt dubitatio:præſertim cũ ſupponitur teſtamenti ipſius quondam Antonii,per olim Vgonetã,iã tunc puberẽ effectã, cum auctoritate,& conſenſu illo tunc ſui curatoris:ac præſentia iudicis, facta iudicialis ꝓbatio expreſſa.& conſequẽter remiſſum fuiſſe ius agendi ad ſupplementum ab ipſa Vgoneta,mẽritò amplius non licet eius hæredibus agere ad ſupplementum ex perſona ſua:ſicut dicimus de
55 quærela ad cuius excluſionem † inuenta ſunt huiuſmodi remedia ſupplementi faciedi de tota legitima.vt.C.de inoffic.teſta.Si quis filium in fi.per quem text.dicit Bart.ibidem de huiuſmodi præſcriptione opin. quòd quemadmodũ præſcriptio querelæ limitata eſt ad quinquennium:ita quòd tollitur taciturnitate perſeuerãte quinquennio,adita tamen hẽreditate(vt ibi) ita dicit ipſe idem fore in iure agendi pro ſupplemento legitimæ.& conſequenter ſecundum eundem Bar.ſublatum extitit ius ipſum agendi
56 ad ſupplementũ † tam per expreſſum conſenſum,quàm præſcriptionis remedium quinquienalis. Aliqui tamen moderniores preſcriptionẽ illam quinquienalem in querela inofficioſi teſtamenti ad inuentam,non trahũt ad ipſum ius agendi,ad ſupplementum. Sed non eſt curarandum. Cum & ſi dubium adeſſet in preſcriptione quinquennali nullum venit in dubium ipſa approbatio teſtamenti ꝙ ſubſtulit ius illud ſupplementi. Et ſi dicatur ad impugnadã approbationem teſtamẽti expreſſam: quòd ipſa Vgoneta, quæ erat minor xxv.annorum, & adulta, & cõſequenter nõ videtur ſibi illa teſtamenti approbatio,& iuris agendi ad ſupplementum renuntiatio,aliquod attuliſſe præiuditium:quòd cum qui renuntiat ſupplemen.iur.ff.de nouat.l.ſiqs delegauerit.quod illi adultæ nõ licuit.ergo &c. Facile eſt rñſum, ꝓpter ipſius Vgonetæ tũc puberis,& adultę,iuramentum in ipſa approbatio
57 ne teſtamenti ſponte præſtitum. † quod ſecũdum cõmunem omnium opinionem,ſuppleuit omnem defectum ætatis repræſentando ipſam maiorẽ indubiè hodierno iure, illa ex extrauaganti Frederici poſita in libello feud.c.de pace iuramento firman.§.item ſacramenta.& tranſumptiuè habetur.C.ſi aduerſus. tranſact.auth. Sacramenta.Eoq; voluit illa teſtamenti approbatio, & ipſius iuris ſupplementi repudiatio: quemadmodum ſi foret facta ipſa Vgoneta tũc in maiori ætate conſtituta.quo caſu foret omnis dubitatio ſublata:qa renũtiãtibus iura &c. quibus nihil nocet illa diſpenſatio nomine filiarum,& hæredum Vgonetę obtenta, ſicut plena

riè

riè videbimus ĩ ſequẽti, & vltima dubitatione.

Deniq; ergo ſupereſt amodo condeſcendere ad quintum & vltimum dubium.vbi ſub Breui loquio venit concludendum contta dictũ Hubertum:quibus ſupra nominibus petentem tu telæ & adminiſtrationis(de qua ſupra)computum,& rationem.potisſimè cum illud iuditiali ter & legitimè factum extiterit. Per Reuerendum patrem &.d.d.Epiſcopum, ac quõdam Petrũ boneti.iam ſæpius dictæ Vgonetę, tunc puberis effectæ,interueniente eius legitimo curatore.præſente & authorizante: nec non iudice ibidem præſentialiter decernente decretum,ꝙ ſuum,& auctoritatem interponente.quo quidẽ in computo(vt præfertur)plenariè facto, nihil reptũ extitit ipſos tutores debuiſſe ipſi Vgonetæ.imo magis per contrarium.Quoniam igitur illud computũ, & proinde facta quietatio, & liberatio,ipſis tutoribus:plenaria fuerũt ſolẽnia.nemo eſt,qui neſciat:quòd fuerunt ipſo iure valida.& conſequenter, & ſimiliter illo in cõputo interueniſſe illius Vgonetæ iuramentum: nihilominus ſtatim ſublata fuit quęuis actio tutelæ:ſi qua competierat occaſione adminiſtrationis antedictæ.& competit tranſationis,liberationis,&plenariæ quietationis exceptio:qua tollitur petitio, ſeu ꝓpoſita tutelę actio dictis nominibus ab ipſo Huberto. Amplius ad cautelam,& ex abundanti, illo in computo libera
58 tionis, † ſeu quietationis inſtrumento continetur iuramentum ipſius Vgonetæ:de non cõtraueniendo,pro cuius quidem iuramenti effectus euidentia,notãdum ꝙ antiquitas minoris iurantis ſuper contractibus rerum ſuarum,ſecundum communem glo.interprætationem,& Doctorum,fauore religionis iuris iurandi,non ſimpliciter reputabat maiores: ſed ſecũdũ quid ideſt quotiẽs rerum ſuarum immobiliũ ſollemnes fuerant alienationes ad tollendum tantum modo reſtitutionis benefitium.vt.C.ſi aduerſus vẽ.l.i.verbi eſt expræſſum idcirculo Federi. extrauagans nouiſſima illo in §.item ſacramenra,addidit de nouo quòd minores ſuis in ĩmobilium alienationibus generaliter repręſentarentur maiores:vnde licet ſit peccatũ in forma ſeu ſolemnitate extrinſica puta defenſoris non auctorizantis aut iudicis non decernentis ſeu cauſę difficientis,& conſequenter iuramentum hodie purgat omnem minoris ætatis defectũ & tollitur tam ius dicendi contractum nullum quam reſtitutionis benefitiũ, & talis alienationis immobilium minorum,multo magis liberatoriæ conuẽtionis ſi ſit corporaliter tactis ſcripturis iuratum,inreuocabilem ſortiuntur effectum,vt dicto.§.item ſacrã & legimus in dicta
69 authen.ſacra puberum.illud enim †eſt propriũ prouidentiæ legum etiam nuncupatiũ puta longubardorũ & ſimiliũ in repræſentatione ætatum vt vna reputetur pro alia & minor pro maiore ad eorum libitum vt.ff.de eo quòd cer.lo. l.ii.in glo.i.Proculdubio igitur nullum cõpetit contra huiuſmodi antiquitus factum iuramentum. Propterea non eſt aliqualiter curanda ſub ſequens diſpenſatio ſuper iuramẽto, vt ſupponit facta dicto Huberto nominibus quibus ſupra.Cum & ſine iuramento fuiſſet valida. vnde iuramentũ extitit fruſtra,& ex abundanti cautela.Quinimo & ſi fuiſſet illa quietatio ſeu liberatio ipſo iure nulla ſine iuramento, puta celebrata per ſolam Vgonetam puberem, & curatorem,habentẽ,abſq; eo curatore & conſequẽter(vt præfertur)confirmata extitiſſet ſolo ipſo ex interpoſito:iuramẽto nihil adhuc prodeſſet quatenus ad ipſam quietationẽ & liberationem infringendam, talis diſpenſatio. Cuius cã animaaduertendũ eſt quòd in ſacramentis puberum interpoſitis in conuentionibus eorum
60 † duplex eſt vinculũ. Nam quoddam eſt nedũ canonicum ſed & ſpirituale ob religionis fauorem diuinitus inductum.ſ.animo iurantis obligatorium in foro conſcientiæ verſus Deum.cuius tranſgreſſus,nil aliud eſt quam mortale peccatum,& conſequẽter traſgredi,non poteſt Prę ter æternæ ſalutis interitum. Reliquum autem eſt temporale & ciuile ideſt iam dicta ex extrauaganti Federici inductum ad robur taliũ conuentionum quo poſitiuo ex Federici ſtatuto
61 † minores (vt præfertur)iurantes repræſentantur maiores de huiuſmodi conuentionibus iuramento vallatis,prorſus ſtatuendo ac ſi maiores illo tempore fuiſſent, in tantum (quòd vt dixi) ex talibus iuratis conuentionibus etiam alleg.ſine iuramẽto protinus inualidis naſcitur nedũ exceptio,ſed obligatio,& actio. imo magis,& ſi ſequæretur traditio contingeret dominii tranſlatio quaſi nõ ſit inhibita alienatio præſtito tali iuramẽto,vt dicta authenti.ſacramẽta ſcribit Acur.in verbo ſeruari illa in tota glo.&
62 multũ refert inter huiuſmodi.ſ.ſpiritualia †aut tẽporalia quoniã ſpirituale eſt protinus pſonale cũ vt præfertur non ſit obligatoriũ niſi dũtaxat animæ iurantis in Deũ.ideo non tranſit contra hdredem ſecundum Inno. extra de iure iur. veritatis. Sed temporalè cum nihil aliud ſit quã confirmatio,& robur conuentionis celebratæ eſt perpetuum & reale. quoniam cõuentiones ex quo ſunt validatæ hæredibus proſunt:ac ipſos hæredes pasſiue aſtringunt mæritò Sũmus Pontifex & quilibet alius inferior ab eo iudex dũtaxat ſup eo ſpirituali vinculo iuſta ſuadẽte cauſa faciliter diſpenſauit in iuramento, etiam incitato aduerſario ſecundum Oldra.ſuis in cõſiliis & refert Alber.ſuper reſcripta.C.de vſur. ad fi.apparatus & legitur & habet i c.i.extra de iure iuran.quia quod attinet ad illud ſpirituale vinculum(vt præfertur)nihil de aduerſarii præiuditio tractatur.imo anima tantũmodo quæ tali iure iuran,ligabitur Deo per illã relaxationem ſoluitur.cum eius eſt ſoluere &c. Talis igit relaxatio eſt facienda cã minimè cognita,ar.

id quod legitur.ff.de bo.po.l.iii.§.si causa cognita.in glo.per Doc.§. At quātū pertinet ad secū dū temporale vinculum & ciuile nihil potest illa relaxatio appostolica prodesse multominus si fiat ab aliquo eius inferiore,imo ea relaxatione iuramenti non inspecta adhuc durat non tātum exceptio,sed obligatio,ratio, dominii facta translatio,& quecūq; alia iura mediante conuentione quæsita,eo quòd propter iuramentū, & fauore religionis iuris iurādi illa ex extrauaganti Frederici relata vbi supra, dūtaxat & immediatè,& non aliqua ex canonica lege inducitur illa maioris repræsentatio:& consequenter cuiuslibet conuentionis puberis iuratæ confirmatio,& alii effectus,qui ex ea cōfirmatione sequuntur.Id circo appellatur vinculum ciuile.& laicum.Non igit potest,neq; debet sumus Pontifex immittere in messem alienam &c.Pręterea subito, cū est super cōuentione roborāda iuratum:introducitur illa confirmatio, & valida statim esse incipit talis iurata cōuentio.omnē sortiendo effectum obligationis,actionis, seu perpetuæ exceptionis, aut trāslationis dominii,& similium.quæ sunt iuris ciuilis, aut gentium,laicis quęsitorum.Non ergo,talia eis auferre possunt rescriptum appostolicū. Et si quis dixerit secundum hæc,inutile censendum talis dispensationis remedium: leue est rcsponsum.Sunt.n. conuentiones quædam, quæ & si iuramēto sint
63 firmatæ:† non tantum iure iurando roborantur.imo adhuc nullius momenti remanent ipso iure.Puta vsurarum promissio,quę cum est interdicta iure diuino:non firmatur.illa ex extrauaganti Frederici.quia minor in maiorem &c. Nec quod attinet ad talem conuentionem,minor iurando,non repræsentatur maior.obstante illa prohibitione diuina.Iuramentum nihilominus quoniam seruari potest sine interitu salutis æternæ:seruandum est.& producit immediatè illud primitus,dictum vinculum spirituale,ligando animā Deo ad eius obseruantiā.tunc.n. cum nō inuenimus nisi spirituale vinculum:pro
64 dest dispensatio † appostolica. & cuiuslibet alterius inferioris ab eo, quia dissoluit animā iurātis à periculo periurii.taliter quòd postea veniendo contra iuramentum,non incidit periurium:& per cōsequens , nec mortale peccatum & id circo impunè venire potest contra talem contractum vsurarium quem repetit vsq; ab Initio inualidum ex toto,vt est tex.ad literam extra de iure iuran,debitores.Et per Inno.similele licet videre in pacto legis commissorię appo fito in pignore,quod prohibetur nō debitoris fauore.imo protinus creditoris odio.Et in mutuo concesso filio famil.& qualibet alia conuentione interdicta,solo ex creditoris odio.ipsa.n. nec firmatur iure iurando,& si ius iurandi iam dicta ratione.s.quia seruari potest sine interitu salutis æternæ : seruari sit oīno necsse. aliàs eius contemptor incurrit pœnam periurii, mortali ter peccando.Illo etiam tunc multum prodest ea iuramenti dispensatio, & aliàs vbicūq; iuramentum: non operatur nisi illud primum spirituale vinculum.cum per ipsam dispensationem eneruatur in totum.Nec conuentio alia aliquē reperitur sortita effectum,mæritò tolitur in totum,vt ad literam est tex.extra de pigno.l.significante.quod est valde not.& voluit etiam hæc omnia (licet non ita plenè) Bar.in d.l.si.quis pro eo.

Multipliciter itaq; tollitur talis dispensatio:Et sic remanet sublata illa vetus tutelæ actio ipso iure.vel saltē exceptionis ope,quod fuerat quintum & vltimum dubium finaliter declarandum.

SVMMARIVM.

An in re cōmuniter diu possessa, currat præscriptio: ita vt ea obstante, non possit diuisio peti?

1 *Re cōmuniter diu possessa:an in ea currat præscriptio,ita vt ea obstante,non possit diuisio peti?*
2 *Actio cōmuni diuidundo vnde nascatur: & contra quos intentatur?*
3 *Pendente condictione,non dicitur dies obligationis cedere.*
4 *Actiones dimissoriæ nascuntur ex voluntate.*
5 *Actio quæ non est:tolli non potest.*
6 *Priuatio semper præsupponit habitum præcedentē. & in.nu.12.*
7 *Possidenti non currit præscriptio:quominus semper diuisio postulari valeat:*
8 *Vbi non nascitur actio minime currit præscriptio. Et nata non currit: si aliquo iuris impedimento exerceri non potest.*
9 *Actio cōmuni diuidundo: non à voluntate volentiū à cōione discedere: sed à quasi contractu nascitur.*
10 *Actionis natiuitas,an contractui vel quasi: vel condictionis implemento, tribuatur?*
11 *Effectus semper causæ proximæ,& immediatæ tribuitur,non remotæ.*
12 *In præscriptione causanda, sufficit spectari tempus natiuitatis obligationis præscribendæ.& non eius causam.*
13 *Spes an tolli possit: & effectum habeat prius quam deducatur ad actum?*
14 *Intellectu semper concipimus prius obligationis natiuitate: post uerò incipere præscriptionē curere.*
15 *Possidenti an currat præscriptio?*
16 *Voluntas diuidendi semper diuisionem præcedit.*
17 *In consulendo, non recedendum ab opinione Odofr. Reffr.Butr.& Rayn.& in.nu.28.*
18 *Lex non permittit aliquem in cōmunione inuitum detineri:cū per cōmunionē discordiæ oriantur.& in.nu.22.*
19 *Res per cōmunionem negliguntur.*
20 *Vbi uerum & expræssum pactum cadere nō potest: nec minime fictum,& repræsentatum.*
21 *Præscriptionis natura an actiones acquisitas, uel acquirendas impediat?*

22 *Prouo cãs ad diuisionem: an alienare dicatur?*
23 *Præscriptio, an ad diuisionis prohibitionem in ducta censeatur?*
24 *Ex ficta uolũtate. an quis quasi cõtrahere uideatur.*
25 *Actio contra generalem procuratorem: quando & unde nascatur?*
26 *Actio pignoratitia unde nascatur?*
27 *Actio ex pacto permutationis quando, & unde nascatur?*
28 *In pignoratitia actione, est in potestate debitoris, quandocunq; debitum offerre.*
29 *Præscribens, semper malæ fidei dicetur: si rem cõmunem scienter possideat.*
30 *Leges admitentes odiosas præscriptiones pro malæ fidei possessore: corriguntur per ius canonicum.*

CONSILIVM XXV.

IN IESV CHRISTI noie Amẽ. In facto proponitur. Quòd cõmune, & homines de Castellione pro vna parte, & cõmune, & homines de louore ex altera, fecerunt compromissum amicabiliter de iure, & de facto, in certos amicos cõmunes de omni lite & controuersia quam dicta cõmunia, & homines eorundem inter se habebant: vel habere poterant, causa & occasione cuiusdam montis de varo cõmunis ipsorum cõmunium. quem dicti de Castellione volebant, & petebant diuidi debere. Et qui mons semper. seu a memoria hominum citra, stetit cõis & pro Indiuisio. Et neutrum cõmune prouocauit, nec petiit aliquo tempore diuisionem contra aliud cõmune: pro ipso monte. Sed prout pacifice ipsa cõmunia possiderunt pro indiuisio. Qui amici cõmunes pronũtiauerunt quòd dictus mons sit cõmunis ipsorum cõmunium pro medietate, pro indiuiso. Et quòd dictus mons remaneat & remanere debeat communis, & in cõione dictorum cõmunium pro indiuiso. à quo arbitramento interposita est reductio per prædictos de Castellione in ea parte in qua pronũtiatum est dictum montem remanere debere cõmunem & in cõmunione pro indiuiso. Et petierunt, & petunt illud arbitramentum reformari debere in parte prędicta. Et in melius reformãdo. quòd pronuntietur & declaretur ipsum mõtem diuidi debere: & vnicuiq; dictorum cõmunium siã partem pro diuiso asignari debere.

Quęritur quę sint partes iudiciis coram quo interposita est reductio?

Et pro huius quæstionis euidentia, præmittendum est circa actionem cõmuni diuidundo,

1 competentẽ pro huiusmodi monte † suprascriptorũ cõiũ & hominũ, cõmuni pro indiuiso, seu qualibet alia re particulari plurim (vt præfert) quòd licet semper nascitur ratione communionis: quandoq; tamẽ intentatur ad sumptus, fructus, & similia particularia: & tunc nascitur ex

2 quasi contractu in continenti. † & potest interi etiam cõmunione durẽte, & iõ eo respectu in continenti currit præscriptio. vnde cõtra tales præstationes particulares & personales cõpleretur præscriptio. xxx. annis incipiendo ab initio cõmunionis & debiti talis præstationis quo casu rectè intelligẽda venit illa. l. i. C. de anna. except. l. i. §. i. Quandoq; intentatur pro diuisione facienda. & tunc licet etiam ex quasi contractu competat: tamen nascitur demum, cum alter, vel vterq; vult à societate discedere quomodo & si respectu effectus primi, videatur pure quasi contrahi tamen quo ad huiusmodi secundum effectum, ille quasi contractus illam habet in se cõditionem. s. Si vterq;, vel alter voluerint à cõmunione discedere. Non igitur potest dici: quòd ante pro diuisione facienda nascatur actio communi diui. veluti quo ad id eius quasi contractus, pendente adhuc cõditione, qua pẽ-

3 dente, † non dicitur dies obligationis cedere. imo eo pendente, nõ nascitur obligatio: & si sit tacita conditio. vt. ff de verb. signi. l. cedere diẽ. & legitur, & per glo. nota. ff. de pact. l. item quia conuentiones. Mæritò nec ante, contra diuisionem, ne fiat. currere possunt præscriptiones aliquæ: vt hæc omnia patent rectè intuenti. C. de anna. excep. l. i §. nemo itaq; in tex. enm. & insti. de oblig. quæ ex quasi cõtractu nascuntur. §. itẽ si inter aliquos. &. §. sequenti, & ff. famil. hęre. l. i. vbi plenè. & in glo. & ita verificatur opinio. Mart. & Plac. cum inquit primum, quòd nascun

4 tur † huiusmodi actiones diuisoriæ. puta cõmuni diui. & similes ex volũtate. s. ex tunc, quo volui diuidere. illud enim verum est dũtaxat quod artinet ad secundum effectum: nõ quantum ad primum (de quibus supra.) Et consequenter ẽt verificatur eius opinio. circa secundũ quod de præscriptione per eum extit ibidem dictum. q̃ non currit contra diuisionem: possidenti enim socio in cõmuni & consequenter adhuc in communione cum alio vincere volenti: cum non esset nata actio ante quòd ũoluerint ambo: vel alter eorum diuidere, illa conditione tacitâ im-

5 pediente, vnde actio † quæ non est, præscriptione tolli non põt nec solutione, aut quauis alia

6 priuatione. imo † priuatio semper requirit habitum præcedentem. de verbo. obli. l. decem. & si cer. pet. l. eius qui in prouintiã. & l. fi. in prin. & l. nam si sub condictione. §. si post defectum. ff. de iniusto. rup. irrito quòd testa. & ff. de iusti & iure. l. manumissiones cum si. Et sic bene dicit Mart. Quòd possidenti. † nõ currit prescrip-

7 tio. quominus semper postulari valeat diuisio, pro constanti habens, quòd in dubio possidendo cum socio, donec possidetur, semper & in cõmunione perseuerare vellet. quoniam nunquam præsumitur voluntatis mutatio. imo magis continuatio. ff. de probatio. l. eum qui tacitum &. l. quinquaginta. oportet ergo, quòd palam, & expræsse, in contrarium eius voluntatẽ

prius

prius declarauerit.quòdq; licet posſideret in cõmunione:noluerit amplius ſtare. Et idcirco cum vt Mart.tenuit in primo, nõ ante naſcitur
6 actio, † rectè ſubiicit, quòd nec currit præſcriptio.vt.C.de iure dot.l.in rebus.§.omnes,& de præſcrip.xxx.vel.lx.ann.l.cũ notiſſimi.§.in hiis qnimo nec curreret:licet nata eſſet:ſi aliquo iuris impedimento exerceri non poſſet.vt ea.l.§. illud.& de anna.excep.l.i.in fin.& de bo.mater. Authen.niſi cum ſi.quo fit, vt Acur. admodum Mart.& Plac.emulus,& reprehenſionis eius ſemper auidus:atq; verba eius magis inſpicies, quã ſenſum.optimo ductus colere,eum reprehenderet in glo.d.l.i.§.nemo itaq;.C.de anna.excep. & d.l.i.ff.famil.herci,ſimul in vtroq; eorum quę prædixerat Mar.primo,illa ratione, quia nõ ex voluntate ſed ex quaſi contractu naſcuntur,ſcilicet actiones illę:licet dicatur eas competere volentibus a cõmunnione diſcedere &c. vt illa in glo.Cæterum circa illud primum, licet concordare.Acur.ſimul & Mart.iuxta per glo.in ſimili ſcripta.ff.de iure iuran.ſi quis cum debitore.in glo.ibi.Sed quid ſi promiſi. Inſpexit enim
9 Acur.cãm ex qua † naſcitur actio cõmuni diui. vnde eo reſpectu,bene inquit eam naſci, nõ ex voluntate volentium à communione diſcedere.
10 imo à quaſi cõtractu.quoniã natiuitas † actionis ſemper attribuitur contractui, vel quaſi:nõ implemento conditionis.eo quòd ipſe contractus,vel quaſi,eſt cauſa immediata: & conditionis implementum remota.mærito voluntas volentium a cõmunione diſcedere:nil eſt,quã conditionis.implementum, quaſi contractus præcedentis:potius attribuitur contractui, quã cõditioni,quoniã effectus ſemper attribuitur cauſæ proximæ, & immediatę,& non remotæ.vt d.
11 l.ſi quis † cũ debitore in glo. vbi ſupra.&.ff.de dolo.cum quis.& ibi in glo.quod met.ca.l.metum.§.ſed licet.Mart.vero cõſiderauit non cauſam,ſed tempus.quo naſcitur illa communi diui.actio.dicens naſci ex voluntate.ſ.ex tũc,quo volui diuidere.& ita patet cuiq; rectè intuenti verba.Mar.relata per glo.in d.l.de anna.excep. & famil.herciſc.l.i.in glo.ii.verſic.ibi non iuris. quod non natiuitatis tempus.Et rectè inſpexit Mar.(ſalua reuerentia Acurſii) in hoc congruẽ
12 tius,quã Acur.quoniã in præſcriptione † cauſanda,ſufficit ſpectari tempus natiuitatis obligationis præſcribendæ.& non eius cauſam. Cũ (vt præfertur) vt præſcriptio incipiat: oportet quòd obligationis natiuitatis præcedat. Porrò illa Acur.ſequens conſequentia contra motiuũ videlicet poteſt velle:ergo velle videtur,vt in regula qui poteſt,nihil valet vbi tractamus de præſcriptione ſeu quis alia priuatione.Cum vt prędixi)priuatio exigit verum nõ fictum ſeu repræ
13 ſentatum habitum. Nam ſpes † nõ poteſt rũpi: nec poteſt tolli quinimo nec habet effectũ: donec illa ſpes deducatur ad actũ.vt.ff.de ſolutio. l.vt habetur ſub cõditio.debitor.& de nouatio. l.quo.§.i.& legitur.& per Bar.not.in ſimili.C.de bon.poſſ.contra.ta.l.poſthumo.in hoc ergo deceptus fuit gloſator Acur.quoniam conſtanter credidit illam cõmuni diui. actionẽ diuiſoriã, & ſimiles,natas ipſo iure. ſtatim & pro faciẽda diuiſione.quaſi ex tunc fingeretur velle alter eorum diuidere:eo quòd potuit vſq; tunc voluiſſe.& conſequenter conditio. Iuditioſe impleta eſſe exiſtimans obligationem tolli præſcriptione.licet nata non ſint verè:ſed dũtaxat fictè.qđ eſt impoſsibile:imo oportet quòd præcedat voluntas vtriuſq; ſeu alterius.nec prædixi à cõmunione deſcendendi,nec credibile eſt,aliquo modo,quòd voluiſſet Acur. tenere p̃ſcriptionem incipere nondum veraciter,nata illa cõmuni di
14 ui.actione. Eſt enim illa quæſtio de puncto, † & ſemper in intellectu,prius concipimus obligationis natiuitatẽ.& p̨ poſterius,ĩcipe p̃ſcriptionẽ currere.ff.de ſta.ho.l.aretuſa ĩ fi.& qđ p̨ Bar. not.in illa qõne de puncto.ff.de legat.i.l.ſi poſt mortem in princi.Pro tantum etiam in hoc ſecundo articulo concordatur Acur.cum Mar. Nec voluit in glo.Acur. etiam quòd præſcriptio inciperet vnquam prius quam nata eſſet obligatio.& id eſt de quo agitur modo.Cum nemo dubitat:quòd ad diuidendum non eſt actio niſi cum diſplicet cõmunio.Rurſum quod glo.
15 finaliter ſubdit:dicens quòd † & posſidenti prę ſcriptio currit.ſimiliter iuxta prædicta verificari potuit : puta cum & posſidenti cõmnni diui. actio prius competere cæpit.forſan,quia de voluntate expræſſa posſidentis antea patuit.ſ.p̨ in cõmunione ſtare non vellet.quod faciliter
16 contingere potuit.Cum voluntas † diuidendi, ſæpe dudum diuiſionẽ præcedit:& ideo(vt glo. concludit)etiam tunc contra posſidentem prę ſcriptio porcedit.vt nõ dominio præſcribatur, ſed diuiſioni: quo caſu,ſi poſtea negligere in diuidendo, compleretur præſcriptio.nec poſſet amplius impetrari diuiſio.At modo in caſu, nõ apparet quòd illa cõmunia in præteritum allegata vnquam voluerint ab illa cõmunione mortis,quam inciderant : diſcedere.imo nuper tantum modo,& conſequenter nunquam inter eos nota fuit ad diuidendum, illa actio cõmuni diui.Non igitur de præſcriptione,poteſt fieri aliqua oppoſitio : nec ab hac ſententia diſcrepat gloſorum opinio.quæ(vt dictum eſt)intelliguntur alio modo. Nec aliqualiter contradicunt petitioni reductionis ad arbitrium boni viri, ideo ſolet dici diſtingue tempora,& concordabis ſcripturas.Meritò in hac re audacter conſulo pro illa reductione.cum nullatenus contrarius ſim.gloſæ, nec eius ſequacibus.inter quos fuerunt.Odof.in d.l.de an.excep.Rofr.in tit.de
17 actio.fa.her.Butri.& Ray.tà quibus in conſulendo nullatenus recederem.ſequutus conſilium But.in.l.i.C.qui pro ſua iuriſdic.Et ſi pro veritate liceat omnes concordes efficere.cum hanc quoq; ſententiam ſequtus fuerit Cyn.expræſſe

de an.

de an.excep.l.i.& ibidem Barto.& Guiliel.de Cuneo. & de condictio. indebi. si non sortem. §.Amplius, in hac opinione.cæteri cõmentatores post glo.fuere concordes:& plenè hoc examinauit Nico.Matarelli in d.l.i.C.de anna.excep.concludens cum videamus quottidie fratres,& sorores tenere castra, turres, possesiones,domos & alia multa in cõmuni, ob eorum cõmoditatem.non est verisimile legem voluisse
18 † quòd aliquis eorum post tempus quãtũcũq; longissimum, detineatur postea inuitus in cõmunione:ex eo quòd voluit rem tanto tempore esse cõmunem.Cum per cõmunionem discordiæ oriantur,ff.de lega.ii.cum pater.§.dulcissimis.& res propter hanc cõmunionem ne-
19 gligantur. cum † quod cõmuniter possidetur &c.C.quando & qui.quar. pars debetur.l.ii.& propter hoc pactum de perpetua cõmunione tenenda reprobatur a iure.vt.ff.cõmuni.diui.l. de alieno iuditio.§.si conuenit.& pro socio.l.si conuenerit &.l.sequenti.Mæritò,& ob id reprobanda venit præscriptio cum habeat vim alienationis, & pacti.quasi cursu tanti temporis consumato.finaliter ex eius patientis cursu aduersum se præscribi videatur in eius odium.finaliter per pactum, & repræsentatam conuentionem alienabilem.ff.de verbo. sig.l.alienationes
20 vbi ergo non potest cadere † verum, nec expræssum pactum:minus potest fictum,& repræsentatum.ff.locati.l.qui ad certum.&.l.si filius. ff.si cert.petatur.& plenè per Bar.in materia fictionis.ff.de vsucap.l.si is qui pro emptore.Nec mouet eundem Nico.Mata.regula illa.ff.de regu.iur.qui potest, (& aliter.quam vt supra)tollens eam,& dicens qnòd illa loquitur in condictionibus obligationum ad implendis, & potest trahi.ad exercitum actionum competentium.& per consequens ad pscriptiones currentes super actionibus competentibus.Sed non potest trahi ad præscriptiones actionum non
21 dum competentium.quia natura † præscriptionis excludit actiones acquisitas : non autem(vt plenius dixi)impedit acquirendas.vt.C.de prę scrip.xxx.vel.xl.an.l.sicut ibi ex quo competere iure cæperunt.&.l. cum notissimi.§.i.ib ex quo cõpetere iure cæpit &c. similiter non mouet ipsum.Nico.Mata.vt prosequitur ibi.ff.de alienatio.iudi.mutan.ca.fac.l.si.quia illa specialiter loquitur in pœnã delinquentis circa iudicium diuisorium:nec illa de rebus eorũ.l.si pupillorum.quia loquitur ex consequentia regulę prohibentis alienationem, quia qui prouocat
22 † ad diuisionẽ:dicitur alienare.ff.de condictio. fur.& ideo.§.i.sed regulariter nemo in communione detinetur inuitus. C.cõmuni diui.l.fi.§.si certum.& ideo præscriptio non debet intelligi
23 inducta esse † ad prohibendum diuisionem. ita quòd currat quàmdiu cõmuni voluntate,voluerint rem esse communem, quòd est ex ipso, ꝙ cõmunem retinent sine prouocatione diuisionis argu.ff.de præca.l.in rebus.§.fin.& d.l.qui ad
24 certum.quia sicut intelligentur † quasi contrahere incidendo in cõmunionem ex quadam ficta voluntate. Ita multo magis perseuerãdo in ea.vt d.§.si inter de obliga.quæ ex quasi cõtrac. nasc.in insti.Vnde hunc articulũ sic tradit quãdocunq; nascitur actio: cum effectu, vel datur: petitorii.Sed in eius arbitrio, vel voluntate est exercere:quandoq; datur vel nascitur, sed non est in eius arbitrio eam exercere: quandoq; nõ datur,nec nascitur.nisi tunc demum,quãdo petior vult:& sic est in eius arbitrio: an detur, vel nascatur?Primo casu,ĩquit ad vnguem in d.l.i. de an.excep.ꝙ currit pręscriptio:de qua ibi loquimur.vt ibi &.C.de præscrip.xxx. vel xl.an.l. cũ notissimi.§.ii.ibi ex quo cõpetere cępit &c. &.§.illud &.l.sicut ibi ex quo cõpetere iure cęperunt &c. Secundo casu.præscriptio nõ currit:vt illa.l.i.in fi.de an.excep.&.l.cum notissimi §.illud cum sim. In tertio currit tunc demum, cum constat actionem esse natam,vel datam ex eius volũtate:vt in iuditio diuisorio,& in actione pro socio generali (vt supra dixi.)& in actione negotiorum gestorum,quãdo competit demum ex rati hibitione. vt.ff.de nego. gesto.l.si pupilli.§.quæritur.& in actione mãdati quę datur ex generali administratione contra genera-
25 lem procuratorem † quæ nascitur demum finita administratione,ad similitudinem generalis negotiationis.vt.C.de administr.tuto.l.ii.& quod ibi not.& in actione pignoratitia pro pi-
26 gnore reddendo. † quæ nascitur demum soluto debito,vel alias satisfacto,vt.ff.de pign.actio. si rem.§.omnis.& in actione ex pacto permuta
37 tionis † quæ nascitur demum re sequuta ex vna parte,vt.C.de rerum permuta.l.ex placito quæ quãuis hic vocetur:Nico.Mata. multum extruse.quia tamẽ pro doctrina sufficiunt hæc exempla:omitto reliqua,breuitatis causa.& concludo cum ipso Nicolao in hoc tertio casu nostro (vt supra.)licet enim in omnibus istis constat in potestate vnius esse,facere,quòd actio nascatur.tamen quia non est ante nata:nõ currit præscriptio.ita quòd nõ sufficit quia facere possit, vt nascatur.ꝙ nata fingatur ab præscribendum. imo differtur præscriptio.quo vsq; verè nascat. & mirum esset in actione sola cõmuni diuidundo, glo.tenere præscriptionem incoare illa sola in specta potentia:& fictitiè natiuitatis illius actione pro inde sequuta.antequã foret realiter,& verè nata.præsertim cum † & in pignoratitia quãuis sit in potestate debitoris quandocunq; debitum offerre: & dimittere: quoniã est eius in potestate,an nascatur statim nata fingit tamen non in cohatur præscriptio antequã verè & realiter nascatur:puta per debitorem, ipso debito soluto,oblato,vel deposito: & ita palã & apertè tenet glo.de ipsa pignoratitia vbiq; & de aliis similibus actionibus. Vnde (vt prædictum est)ne glo.videatur sibi inuicẽ contraria:

quod

quod inquit de actione cõmuni diui.retrahenda est ad id qđ de aliis similibus actionibus pro culdubio tenet:puta quando prouocatio diuisionis est:& ita realiter & verè cõi diui.actio est nata.scriptum enim est,distingue tẽpora & cõcordabis scripturos eorum.Breuis ergo & vera est cõclusio pro omnium tam glosarum, quàm Doctorũ concordia.quòd aut loquimur in præstationibus personalibus seu fratribus,& similibus perceptis ab vno plus debito. Aut quòd socius solus fecerit expensas in re illa communi. Et cum(vt supra dixi) tunc ex quasi contractu immediatè post eorum perceptionem, vel expensam,nata sit obligatio & particularis actio. ad talia subito ex tũc currit p̃scriptio. vt d.l.ii. §.i.de an.excep.arg.etiã dicto.§.item si interdictos.&.§.idẽ iuris.Aut loquimur in p̃scriptione compleda,ne de cætero liceat diuidere.imo obstante præscriptione compellant semper stare in communione & tunc.Aut vnus solus possedit iusto forsan ductus errore:qui habet pro titulo tunc Præscripsit dominium.Vnde in consequentiam tollitur actio cõmuni diui. Aut possederunt ambo:& illo tunc, interdum constat, quòd alter eorum dominorum iam expręsserat nolle amplius stare in cõmunione. Ita quòd ex quasi contractu velut iam impleta conditione, cæperit cõi diui.actionẽ cõpetere: tũc si postea negligit diuisionem perficere, aduersus eum velut in hoc remissum, præscriptio incipit statim currere.& durare.xxx.annis. vt ea.l.i.quo casu, re vera,loquit glosarũ & seq̃ntiũ snia: q̃ illo suo casu,vera est,& optima. Aut nec ambo:nec eorũ alter prouocauit alterum ad diuisionẽ. imo sponte semper perseuerarunt in communione, & tunc poterit vnus contra alterum ad sui libitum,quandocunq; ad diuisionẽ prouocare.nulla præscriptione obstante: præsertim quoniam sicut denuntiare societati est.Quo vltimo casu, loquit q̃stio.nostra.Et fuit snia Mart. & Plac.ac sequatiũ eorũ,q̃ est verisima.& ĩ cõsiliis seq̃nda. Cũ ĩ hoc casu,rectè intelligẽdo,nemo sit cõtra. Amplius, & si modo perttinaciter quis dubitauerit,ne ad minus Acur.ita voluerit de iure ci-
29 uili prę̃scriptio occurrerit† illud ad minus iure canonico non est dubitandum qnòd non Procederet præscriptio: quia præscribens semper malę̃fidei fuisset: si rem cõmunem, in cõmunia scienter possedisset.Idcirco de iure,præscriptio non procederet quia malę̃fidei possessor &c.vt extra.de reg.iur.c.ii.& quod ibi not.& de præscrip.c.fi.vbi plenè per imo.Host.Ioan.And.& modernos.præsertim,per Ant.de Butri.qui te-
30 net corrigi † per iura canonica, leges illas.l.sicut.&.l.omnes. & illam.l.i.de an.except. & similes admittentes has præscriptiones odiosas pro malę̃fidei possessore.licet sine peccato non posit hoc procedere.Et notandũ quod Host. notat in summa de præscrip.in.§.quæ res spetialiter in actione cõmuni diui.propter malam fidem aduersus eam minus currere præscriptionem iure canonico: & idem generalius sequitur Ang.in l.sequitur.§.si viam contra Bar.tenens quòd dicta lex sicut, & ipsa lex omnes hodie sunt correctæ iure canonico.quod & Bar. sequitur in l.omnes populi de iust.& iu.& ita contrarius est sibi in eo quòd in contrarium ip semet not.in.§.si viam.modicum ergo potest ess se fundamentum de eo quod scripsit in.d.§.si viam hanc:videlicet quòd non teneat statutum inducens præscriptionem quinquænii,vel similem contra creditores approbatos extra.de excep.t.c.fi.Et ius illud canonicum in hoc propter peccatum euitandum, etiam in foro ciuili venit seruandum:iuxta notata in c.i.extra.de oper.no.nuntia.& per Bar.ff.de vsucap.l.naturaliter, & plenius per eundem in l.omnes populi. vbi interdum de legibus ciuilibus tales præscriptiones concedentibus,& vsuras.Imo generaliter de quãuis lege peccatũ inducente,quod etiam in foro ciuili succũbit canonico.quinimo non mæretur lex dici quasi non conueniat legis diffinitio sibi, cum lex sit donum,& inuentio Dei, sancta &c.ff.de legi.l.ii.& iiii.distint.c. erit autem lex.Ex libero arbitrio sit ad diuisionem prouocare:quod non est sic in iure offerendi,quod ex peccati necessitate fit, & recipitur. vt scribit Acur.met in dicta glo.secundum quã hoc incipit competere:quasi dixerit,quòd licet præscribatur ius offerendi, non tamen præscribitur ius,seu facultas renuntiandi societati,nec ad diuisionem prouocandi, & per consequens plusculum voluit glo.in actione pro socio, & cõmuni diui.quòd in pignoratitia, cum & si pignoratitia non præscribitur directo, cum si sit nata:effectu tollitur,quia ius præscribendi præscribitur: secus in cõmuni diuidundo,& pro socio.volens illa.glo.de his duabus vltimis, quòd ante prouocationem, ad diuisionem,& renuntiationem societatis minimè earum tollatur effectus: cum nec præscribatur libera voluntas prouocationis ad diuisionem & renuntiationem societatis.vt eadẽmet glo.super verbo pro socio.versi.item tertia ratione scripta in d.l.i. §.nemo itaq;.

SVMMARIVM.

An appellatione filiorum contineantur nepotes?

1 *Appellatione filiorum, an contineantur nepotes. & in nu.4.10.12.15.16.17.18.*
2 *Appellatione filiorum in substitutione,an comprehendantur omnes descendentes.*
3 *Liberorum nomen est generale.*
Filiorum nomen est spetiale ibidem.
4 *Varietas & differentia, quæ est inter liberos,& filios an in idiota consideretur?*
5 *Idiota excusatur: si non vtitur propria verborum significatione.*

6 *Cõmunis loquendi vſus aliquando proprium ſignificatum dat verbo : aliquando vero derogat iuſte.*
7 *Cõmunis vſus loquendi, quando poſt poſita iuris interpretatione attendi debeat?*
8 *Vnum nomen an concipiat alterum?*
9 *Adiectio, ſeu nota, quæ ordinis denotandi cauſa inuenta eſt: non eſt attendenda: exempli gratia de nepote & pronepote, puero & puerpera, & ſimilibus:*
10 *Defenditur bene dixiſſe Gallum à Scæuola reprehenſum. in l. Gallus, appellatione filiorum nepotes non cõtineri. ex quo ſe ad certum nepotem reſtrinxit ex filio natum.*
11 *Quæ diuerſa ſunt nomine diuerſa cenſentur re, & effectu.*
12 *Appellatione nepotis, vtrum pro nepotes & reliqui deſcendentes contineantur?*
13 *Lex mentionem faciens de filio: an ad nepotem porrigatur?*
14 *Optimum conſilium erit: maſculinam lineam cæteris, ſubſtituendo præferre.*
15 *Filius a filos græce dicitur: quod latine eſt amor.*
16 *Subſtitutio, pro obſeruatione patrimonii continuandi in agnatione defuncti facta dicitur. & ĩ nu. 23.*
17 *Tutelæ onus cadit in inuitum.*
18 *Subſtitutione facta ab extraneo: filiorum appellatione non continentur nepotes: facta uerò ab aſcendẽte: continentur & nu. 17.*
19 *Filiorum appellatione, de vocabuli ſignificatione: nepotes non continentur: ſecus uerò de iuris interpretatione.*
20 *In teſtamentis interpretamur vltra propriam ſignificationem: vt res magis valeat quam pereat.*
21 *Sententia iudicis eſt ſtricti iuris.*
22 *Sententiæ verba totaliter impropriãtur vt valeãt.*
23 *Maſculinum concipit fœmininum.*
24 *Vbi militat eadem ratio: militare debet eadem iuris diſpoſitio.*
25 *Dulciori nomine dicimus nepotes, quam filios.*
26 *Statuto loquente de filio: an compræhendatur etiam & nepos? remiſſiuè.*

CONSILIVM. XXVI.

CAsvs talis eſt. Ecce fuerunt in rerum natura duo fratres: videlicet Garuagnonus, & Dondeus dictus Garuagnonus decesſit cõdito teſtamento nũcupatiuo & ſolemni. In quo poſt aliqua legata, inſtituit in omnibus bonis ſuis, ſibi ſuum hęredem vniuerſalem Bernardum filium ſuum legitimum & naturalem, & ſi dictus Bernardus filius ſuus deceſſerit infra. xxx. annum ætatis ſuæ, vel poſtea quandocunq; ſine filiis maſculis ex ſe & vxore ſua natis: eidem filio ſuo ſubſtituit vulgariter, & per fideicõmiſſum & omni iure, modo, & forma quibus melius poteſt: filios maſculos. vnum, vel plures Dondei prædicti fratris. ſi quos tunc dictus Dondeus ſupſtites haberet: dicto Bernardo filio ſuo ꝓp tribus partibus, & Danielem eius teſtatoris nepotem ex filia pro reliqua quarta parte totius dictę hæreditatis. filias autem dicti Bernardi ſi quas tũc haberet: iuſſit honeſte nubere: & competenter dotes dari per eos, ad quos pertinebit, cum erũt ætatis matrimonii contrahẽdi. Quòdq; deceſſit dictus Garuagnonus teſtator, ſuperſtite dicto Dõdeõ eius fratre, & ſuperſtite dicto Bernardo eius teſtatoris filio: qui ſe immiſcuit ſimpliciter hæreditati paternæ. Deinde deceſſit dictus Dondeus ſupſtitibus, duobus eius filiis Ioannono, & Anto. deceſſeruntq; dicti Ioannonus, & Antonius, filii dicti Dondei, ſuperſtite Ioanne Georgio filio dicti Antonii, nepoteque dicti Dondei. deceſſitq; dictus Bernardus ſine filiis, & filiabus, ſuo condito teſtameuto, poſt ætatem. xl. annorum. In quo ſibi hęredem vniuerſalem inſtituit dictũ Ioannem Georgium nepotẽ dicti Dondei. Et ipſum Ioannem Georgium prohibuit detrahere falcidiam de legatis relictis in ſuo teſtamento. Qui Ioannes Georgius adiuit hæreditatem dicti Bernardi cum beneficio inuẽtarii, & facto ſolemni inuentario. Nunc autẽ fit quæſtio: vtrũ competat aliquod ius, & quantum, dicto Ioanni Georgio, vigore dictæ ſubſtitutionis factę in teſtãto dicti Gauargnoni, ſupra dicto Bernardo filio ſuo. Attento quòd dictus Ioãnes Georgius fecit inuentarium de hæreditate dicti Bernardi. dubium facit, quia dictus Ioannes Georgius, non eſt filius dicti Dondei. Sed eſt eius nepos ex filio. At etiam, quia tractatur de grauamine dicti Bernardi filii ſupraſcripti Garnagonii teſtatoris. In contrarium allegatur, quòd appellatione filii cõtinetur nepos: & maximè, qa tractatur de honore filiorũ dicti Duodeni, qui ſunt in appellatione. & ſubſtitutione. Et de quibus quæritur, an appellatione filiorũ contineãtur: † Ac etiam, quia voluntas teſtatoris prędicti apparet eſſe in conſeruando bona ſua agnationi, quæ magis conſeruantur per maſculos: quã per fœminas. eo ipſo ꝙ excluſit hinc inde fœminas. tam ex parte ſua, quam ex parte fratris ſui prædicti, vt patet in teſtamẽto ſupra dicto. Nõ autem eſt in appellatiotione dictus Bernardus.

In Ieſu Chriſti nomine Amen. In facto ſuppoſito (vt præfertur) illud tantũmodo in ſumma quęritur. Ne illa ſubſtitutio filiorum quõdam Dondei facta ſupraſcripto Bernardo porrigatur, ad illum Ioannem Georgium, nõ filium dicti Dondei primi gradus. imo eius nepotem quaſi in ea
2 ſubſtitutione, & filiorum appellatione, † compræhendantur omnes deſcendentes.

Quod prima fronte non videtur tenere. Cũ nec aliàs in teſtamẽtis, ac quod magis eſt. in datione tutoris, quãquam fiat in prouiſionem pupilli: videatur fore fauorabilis. & ſi filiorum appellatione continuantur omnes deſcendentes. Secus tamen eſt cum teſtator, ea in datione tutelæ exprimit non illud generale nomen liberorum.

3 rum.imo ſpeciale filiorum. tunc & cum † ipſorummet filiorum appellatione,non comprahẽduntur nepotes.(vt vulgo expræſſum eſt).ff.de teſta.tute.l.quid ſi nepotes. Aliter enim, vt in tex.ſtatim ſequitur.filii aliter,nepotes appellãtur.vbi etiam glo.& pro notabili colligit ſecundum Rogerium. quòd talis dicendi varietas,
4 † puta inter liberos,& filios,non cadit in idiotã.quaſi enim voluit dicere glo.illa, quòd licet idiota appellat omnes filios, nõ habita diſtinctione nepotum ad filios, peritus tamen iuris, bene diſtinguit inter eos:vnde cum illa in.l.nepotes.dicitur quòd filiorum appellatione,non continentur nepotes.verum eſt, cum appellantur à peritis,Secus videtur,cum ab idiota profertur nomen filiorum.Cui non imputatur:Si ſi
5 gnificatione verborum propria † nõ vtatur.argu.ff.de vent.inſpitiẽ.l.i.in fi.&.l. ẹdictum.&.ff. de ẹden.l.i.in fi.cum ſi.concordat inſti.qui.tut. da.po.§.penultimo vbi hæc omnia ad cõtextũ. Quinimo exponit glo.ibi literam cũ inquit al;
6 ter filios,†aliter nepotes appellari:& illud ĩ vſu ſiue conſuetudine,ab omnibus haberi, conſtat autem,quòd communis vſus loquẽdi propriũ dat ſignificatum verbo:& derogat iuſtè,ideſt rationabili & legitima iuris interprætatione.qua aliàs nepos continetur appellatione filii.ff.de verbo.ſigni.l.iuſta mæritò poſtpoſita iuris iter
7 prætatione † attendi videtur præceteris ille cõmunis vſus loqnẽdi.ff.de lega.iii.l.librorum.§.quod tamen caſus.&.l.labeo & per Bart.de ſupple.lega.& pulchrè in decretis legimus.viii.q.i. c.apoſtolica.Rurſum & ex conſilio galli illud loculenter videt ad vnguẽ colligi: quòd & nec in ſubſtitutionibus appellatio nepotis non porri
8 gitur ad pronepotem.imo eo † quòd vnum nomen non concipit alterum.Scæuola,repręhendit Gallum de inſufficientia, vt d.l.gallus.§.idẽ credendum.cum ſequentibus vſq; ad.§.& quid ſi tantum.¶Atq; ad tollendum omne vitium inſufficientiæ,ſubiicitmet Scæuola breuem text. (etiã quo ad pſonas generalẽ.)eandẽ.l.i.§.vt inſtituẽs.ff.de libe.& poſth.Amplius, licet & illud teneremus quòd appellatione nepotis, contineatur pronepos: & ſic deinceps, ea ratione, quoniam idem nomen viget in quolibet eorũ nepotum,pronepotum, & ſimilium.& de quolibet eorum licet proprie & ſalua recti ſermonis ratione,dicere quòd eſt nepos: licet cum quadã adiectione, pro, & ſimilibus nullatenus cu-
9 randa.quoniam ad aliud non eſt illa nota,† ſeu adiectio inuencta.niſi ordinis ſeu gradus denotand cauſa.vt in ſimili dicimus.in l.in ſuis eo. tit.& glo.in ſimili de verbo.puerpera in l.illa verba.§.pueri.ff.de verbo. ſignifi.&.optime facit eo.tit.l.nurus appellatio.&.l.ſoceri cum ſi. de quibus eo.tit.Et caſus eſt de hoc expræſſus ſecundum Bar.in d.§. inſtituens Nam.§.illum diuidit aliter quam alii:puta quia primo ponitur breuis ordinatio teſtamenti.qua in ordinatione continetur ſimplex nomen nepotis.Secundo, ſoluitur prædicta dubitatio circa illud. ſecunda ibi atq; etiam.quo in verſ.atq; etiam ponit caſum.videlicet cum ad declarationem illius præambulæ ordinationis tacitæ, quærere tur de illa ſimplici appellatione nepotis.an ſub ea ſola comprahenderetur pronepos.& alii omnes inferiores? Reſpondetur quòd ſic, & conſequenter quòd illa præcedens ordinatio eſt plenisſima.& de propria ſignificatione nedum nepotis, Sed & omnium ſequentium comprahenſiua.& conſequenter(vt prẹfertur)eſt ibi expręſſum quòd appellatio nepotis de propria ſignificatione comprahendit omnes inferioris vſq; in infinitum.Nec obſtat dictus.§.idem credendum,cum ſi.quando ibi(vt ſcribit met Bar.)teſtator reſtrinxit ſe ad nepotem etiam, puta ſecundi gradus.cum inquit Gallus tunc qui ex eo.ſ.filio primi gradus, nepos &c.Non igitur mirandum videtur ſi in conſilio Galli, appella-
10 tione † nepotis, pronepos non continetur:ex quo ad certum nepotem,puta immediatè ex filio deſcendentem,ſe retulit & reſtrinxit, vt eo. ti.l.filius à patre.§.ſi quis ex certa vxore.& legitur & per glo.notatur.ff.de teſta. tute.l.ſi quis ita.§.i.in glo.paruula.quæ incipit non expræſſo proprio nomine &c. Nil minus multum intereſſe videtur,ne appellatione nepotis, de ꝓpria vi ſermonis contineatur pronepos:cum ſequẽtibus.quo caſu patet quid iuris omnibus ex ſupraſcriptis. Aliud verũ.eſt:cum quæritur,an appellatione filii contineatur nepos? Nam in hoc maior eſt dubitatio :quàm in ſuperiori articulo,eo quòd non participãt eodem in nomine, (ſicut prædictum eſt de nepote,& pronepote.) imo diuerſis nnncupantur nominibus:vnusque appellat filius,alter nepos,quæ(vt patet ad ſenſum,)diuerſa ſunt nomina:nil commune haben
11 tia: quoniã ergo differũt in nomine,† diuerſa cenſentur effectu, & re. vt vulgo legitur & habetur.C.de feriis.l.a nullo.& de codici.l.ſi idem quod codicilli.cum ſi.Et id circo inquit Bar.in d.§.inſtituens.in iſta materia,duo fore ex ordi-
12 ne examinanda:primũ videlicet,vtrum † nepotis appellatio cõtineat pronepotes,& reliquos deſcendentes.Et proculdubio,dicendum eſt,ꝓ ſic,iuribus & rationibus ſupraſcriptis.Secundo principaliter quẹritur:An appellatione filioru, cõtineantur nepotes? Et de eo magis dubitat: ratione quæ ſuperius aſſignabatur.Et illud eſt, de quo ad præſens quæritur.vnde pro ipſo Ioãne Georgio improbè ille.§.inſtituens allegari videtur:cum de pronepote loquitur. Quia nepotis appellatione comprẹhenditur.Non autẽ
13 ibi dicitur,quòd appellatione filii,† nepos cõtinetur.ergo &c.(vt ſupra)lex.n.faciendo mention de filio:non porrigitur ad nepotem.ff. de excuſatio.tuto.l.& milites.§.i.&.l. non tantum.§.illiẽſibus, &.§.fi.l.ii.§.fi.&.l.ſpadonem.§. ſi autem liberi,&.l.penultima eo.ti.& de rẹ mi-

lita.l.iii.& de testa.tute.l.etiam. Nomen enim filii est correlatiuum ad patrem. Idem est quòd nomen certi gradus;vt.ff.de excusa.tuto.l.libertum in ratione.ergo nomine filii,non continet nepos. Ad idem.ff.de adulte.l.patri. Quid ergo dicemus?Bar.in d.l.gallus, improbans sententiã eorum qui per illam legem primitus dicunt,q̃ appellatione filii,nõ cotinetur nepos. per illã.l. gallus,eorum contrariam sententiam tenet dicens,quòd quemadmodum appellatione nepotis,continentur pronepos,& alii omnes descentes.(vt plenè extitit dictum immediate)ita in ĩstitutionibus velut fauorabilibus, nomen filii porrigitur ad nepotem:non obstante illa.l.gallus. Cum iuxta prædicta contra stilum Galli, non vtitur simplici. & generali appellatione, filii. immo loquitur tantũmodo de filio certo, puta primi gradus dũtaxat, concludens ea ratione de illa.l.Gallus nullum fieri posse fundamentum:quòd appellatio filiorum non contineat etiam personas nepotum.loquendo in institutionibus in testamento factis,seu substitutionibus:quibus testator semper cõmodũ confert.hiis quibus alloquitur. ideſt institutis, & substitutis.Non habet curam:quòd quadam ex consequẽtia a testatore inexcogitata, interdũ cõtineat incõmodũ alienũ.eo q̃ in ĩstitutione, vnicũ cedando,puta hęredi ĩstituto,aufert à legitimo:& in substitutionibus à grauato, talia enim consequtiua non attenduntur &c.præsertimn ostro in casu.vbi grauatus fuit iure fideicõmisſi ille Bernardus,post mortem,& ita tempore quo aliàs decesset dominium habere:& etiam reperitur grauatus, si sine liberis erit defunctus: & consequenter illo in casu quo aliàs ab intestato, (vt plurimum) fuisset habiturus. Mæritò faciliter venit admittendum ex testamẽto.argu.ff.de vulga.& pupi.si filium q̃i patri.in litera ibi præsertim &c.&. C. de testa.l. hac consultissima.§.si quis autem & de bo.po. extra tab.l.si duobus.§.si prius cum si.Nam eli
14 git prudens consilium: quia nedum filiũ,† imo eius liberos & consequenter totam eius masculinam posteritatem prętulit substituto.ff.de libe.insti.l.lutius & de condictio,& demo.l.cum auus.C.de fideicõ.l.cum acutissimi.& de insti. & substi.sub condictio facit generaliter.§.fi.Accedat optime pro hiis omnibus, quod pulcherrimè scribit Acur.insti.qui. tuto.da.po.§.quid
15 si nepotes.vbi inquit:quòd quia filius† à philos (quod est amor)& nepos dicitur filius:de propria significatione filii continetur nepos.multo ergo magis debet compræhendi,in hac substitutione tam fauorabili,& absq; derogatione
16 iuris alieni.(& quod magis) est † facta pro cõseruatione patrimonii continuandi,semper in agnatione defuncti.quo tollitur illa lex quid si nepotes de testa.tu.cũ suis concordantiis.quia illa dispositio continet nõ cõmodum, sed onus eorum quibus loquitur:ideſt quos dat tutores: (vt patet ad sensum)mærito restringitur illa dispositio testatoris:vt nõ porrigatur ad iuris interprætationem quæ in eo consistit, vt simpliciter filii appellatio,ad nepotes porrigatur(vt supra)vt ibi hinc est,quòd glo.in d.l.iusta, inquit speciale esse in onere tutelæ.quòd appellatione filii,non contineatur nepos: cadit.n.illud onus in inuitũ ipso iure.quod publicum est auctorita
17 te.mæritòlicet † tutoris datio sit filiorum prouisio:est nihilominus ex parte tutoris dati maximum onus:mærito appellatione filii,non cõtinetur nepos:potissimè,quoniam est illius nepotis modici præiudicii.cum adhuc sibi superest prouisio legis:& iudicis, tutorem dantis legitimum & datiuum. & ob id rectè inquit glo. (vbi supra) q̃ est speciale in tutore. illud quoq; auget etiam,quod glo.tenet in d.l.quid si nepotes.quanquam in cõtrarium allegaretur,& malè.Eo quòd voluisse videtur secũdum plerosq; glo.illã dicere quòd destructio illius legis, quæ distinguit nomẽ liberorum à nomine filii:locũ habet,quando talia fuissent prolata a testatore literato,vel iurista, vel aliàs intelligente istas diuersitates:secus nostro casu.vbi nõ supponitur, quòd testator fuerit ille qui nouerit talem differentiam.Cyn.in l.gallus refert, quòd tempore Franciſci Accursii,Mart.de phano,habuit hanc quæstionem de facto:quia quidã instituerat fratrem suum hæredem:& si decederet frater suus sine liberis,substituit filios yordani sibi hæredis, frater decesset sine liberis.yordanus, nõ habuit filios,tunc viuẽtes,sed nepotes:fuit q̃stio,An nepos admittetur in succesione?videtur quòd non inquit Bal.post Cyn. in d.§.instituens.per supradictam legem,quid si nepotes,& aliam supra proximè allegatam:Refert autem Francis,
18 Acursii.se consultum,& distinguisse.† Aut prouisio fit ab extraneo: & non cõtinent nepotes, filiorum appellatione.Aut ab ascendente,& cõtinentur.Sed vt ibidem subiicit Bal. contra eũ, est.l.illa quid si nepotes.&.l. gallus.§.instituens vbi pater vel auus faciens testamentum:& tamẽ non cõtinentur nepotes.vnde per illum.§.eius distinctionem reprobat Andreas de Pisis. at ex post Bal.refert Dyn.dicentẽ,Aut quærimus de
19 significatione vocabuli, †& nunquam appellatione filiorum, continentur nepotes. Aut de iuris interprætatione.& continentur.l.iusta interp̃tatione.ff.de verb.signi. Andreasde Pisis sequens Petrum,sic distinguit:(vt per Bal.habes: vbi supra relatũ.) Aut loquimur de larga & cõi significatione vocabuli, & tunc appellatione filiorum, cõtinent nepotes.vt.l.liberorũ.&.l.iusta de verbo.signi.Aut de ꝓpria significatione, & tunc Aut verbum filii profertur ab homine. Aut a lege: primo casu, Aut si non continerentur nepotes:sequeretur quid ab absurdum,& inhumanum:& tunc continetur nepos.vt d.l.liberorum.§.sed quod Papinia. &.de lega.iii.l.vxorem.§.concubina.si non nulla in humanitas sequeret:

queretur: tunc inquit Andreas de pisis, quòd non continetur. Quando autem profertur à lege, tũc subdit, quòd aut determinatiuè lex dicit appellatione filiorum, quòd certos ad gradus extenditur: & tunc ad illos porrigitur: & non vltra. ita loquitur lex liberorũ. §. quoties &c. &. C. de ince. nup. l. quis incesti. ad trebell. l. iubemus. Aut simpliciter profertur à lege, & tunc de propria significatione nunquam continentur nepotes. vt. l. hæc autem. de excusatio. tuto. Sed per interprætationem sic. vt. l. iusta. &. l. senatus supra allegatis &. l. filium habeo. ff. ad Macedo. mę ritò cum in testamentis etiam vltra propriam
20 significationem † recipiamus iuris interpræta tionem. præsertim, vt res potius valeat: quam pareat. vt. ff. de rebus dubi. l. quorum &. l. semper in testamentis. de regu. iuris concluſiuè infertur. Quòd in substitutione, de qua quæritur. Appellatione filiorum ille quondam Ioannes Georgius, quãquam nepos continetur: Alioquim illa substitutio non sustineretur. imo rueret, & inualida remaneret. ad quam interprætationẽ etiam cogimur. cum in sententiis iudicũ
21 † quãuis sint stricti iuris vt tamẽ valeãt † verba
22 totaliter impropriamus. secũdum glo. pulchre. ff. famil. herc. l. & puto. §. i. & argu. optimè. ff. de iur. iuran. l. sed si possessori. §. item iurando. quã to ergo. magis vt valeat huiusmodi substitutio impropriatis verbis, redigitur dispositio ad iustam iuris interprætationem. qua, appellatione filii continetur nepos: vt d. l. iusta quæ lex est optima in quæstione nostra. vult enim, illud iusta interprætatione, recipiendum. quòd sicut appellatione filii generis masculini. continetur filia: & consequenter, sicut masculinum concipit
23 fœmininum: ita nomen † filii, per omnia concipit nepotem. Nemo autẽ est qui nesciat, quòd & in fideicõmisſis, iuxta iura super hoc vulgaria, masculinum semper concipit fœmininum. ergo &c. ad quod optimè facit. ff. de verbo. signi. l. natorum. &. l. filii appellatione. & quod scribit But. illa in quæstione quæ incipit titius. arguendo affirmatiue septima in ratione, tenẽs præceteris attẽdẽdum qua ratione motus est testator in appellatione filiorum: quod ob aliud non fuisse compræhenditur (nisi vt supra dixi) ad conseruandum bona in agnatione masculina defuncti. quod & ĩ casu ante ponitur (vt patuit) quoniam omnes filias testator, tam fratris sui Dondei, exclusit: filios eius præponendo, quàm & futuras filias dicti quondam Bernardi. Cum igitur & illa ratio militat in ip-
24 so quondam Ioanne Georgio: † iusta ex interprætatione continetur, illa in substitutione. Facit quoq; in simili, quòd & si senatus consulto prohibetur pupillam nubere nedum tutori: sed & eius filio. Nihilominus illa filiorum appellatio porrigitur ad nepotes. ff. de ritu nup. senatus consulto ergo &c. Facit quoq; quod in simili generaliter inquit tex. in d. l. liberorum. §. sed quod filius, in litera ibi filii enim appellatione. inquiens multifariam placere: appellatione filii sæpe & nepotes accipi. Vnde ibi Pamphiliũ Frõtonium non tantum mouit dura separatio liberorum: quàm sæpius & multifariè filii appellatio, accepta pro nepote. Amplius, vt ibi sequit in litera in. §. diuus. quoq; Marcus. natura nos quoq; docet parentes pios qui liberorum, procreandorum animo, & voto, vxoris ducunt. filiorum appellatione simplici omnes qui ex nobis descendunt contineri ergo &c. quod auget,
25 id quod sequitur postea: Cum inquit † dulciori nomine posse nos nepotes nostros appellarẽ: quàm illo simplici nomine filii. Id circo filios filiasue cõcipimus &c. vt sequitur in litera quo fit, vt & in præsenti nepos contineatur appellatione filii: quoniam ĩ substitutione huiusmodi, non appellauit filios strictè: & districtiuè, volẽs decernere eos quos nominauit ab iferioribus. imo generaliter indistrictiuè, quo casu vlteriores semper continẽtur. vt dicto versi. & Pamphilus. vsq; ad fin. cum iuribus supra allegatis. quod & tenebat Iaco. de Are. sic distinguens in materia, & plenius per Bar. in d. l. finaliter quod attinet ad propositũ rescindẽs in hũc sensum: ĩ quæstione nostra rectè. cũ primũ quærit qñ verbũ filii ꝓfertur ab hoĩe, i. à testatore an cõpræhẽdãtur nepotes? finaliter ibi cõcludẽs, ꝙ cũ testator filiis prouidet, eos instituendo, vel aliter eis reliquendo, semper appellatione filii, compræhenditur nepos ergo &c. Breuis ergo conclusio ex antescriptis eligitur pro Ioanne Gregorio: quòd & eidem porecta, seu tracta fuit substitutio illa facta Bernardo (absq; liberis finaliter defuncto) Eo quòd & si vehemens sit dubitatio: & longa inter Doc. disputatio, vtrũ de propria significatione, & vi sermonis, filii appellatio con
26 tineat nepotem: & consequenter an in † statuto, seu lege municipali loquente de filio compræhendatur nepos? quas quæstiones velut vulgares, disputarũt infiniti Doctores: & præsertim Butri. suis in quæstionibus Iaco. de are. sua statutorum in materia. Et post eum, etiam Alber. suo in libello statutorum. Bar. in d. l. liberorum. & post eum, Bar. in l. maximum vitium. C. de libe. præt. Ad minus illud non habet dubiũ. quòd iusta interprætatione, filius nepotem concipit (sicut masculinum concipit fœmininum.) & illud sufficit ad casum nostrum. vbi continetur nedum quod idem est, per proprium, & verum. sensum. sed & quod idem est per interprætatiuum, seu iusta interprætatione receptum: vt multifariè ex prædictis est ostensum. Eoq; licet inferre, quòd potest Ioannes Georgius cum fuerit, & sit hæres cum Benefitio inuentarii: illud fideicõmissum: ante omnia detrahere, velut æs alienum in ratione legatorũ ab eo soluendorum, iuxta vulgo scripta. C. de iure deliber. l. scimus. §. in computatione.

SVMMARIVM.

Quæ vitia teſtium, repellant eorum dicta.

1 *Quæ vitia teſtium repellãt eorum dicta.*
2 *Par affectionis cauſa, omnem ſuſpitionem purgare videtur.*
3 *Teſtes in gradu non prohibito coniuncti, an ſint admittendi?*
4 *In ore duorum vel trium, ſtat omne verbum.*
5 *Teſtium fides, quam maxima cum diligentia examinanda erit à iudice.*
6 *Iudex videns teſtes ſimilia verba proferentes: poteſt maritò ipſos habere ſuſpectos.*
7 *Nemo vna ſpetie probationis, alligari debet.*
8 *Teſtes egeni, lucri cauſa, facile corrumpi poſſunt.*
9 *Ad repellendos teſtes, non omne odium, ſeu inimicitia ſufficit.*
10 *Fama & vnus teſtis, an plenariè probent?*
11 *Singula ſi non proſint: multa ſimul iuncta iuuant.*

CONSILIVM. XXVII.

IN IESV CHRISTI noĩe Amẽ Ex actis, & actitatis, in cauſa matrimoniali, inter Vbertinum Tectonũ de Rauagno. ſeu eius procuratorem, vel procuratores vnæ ex parte, ac inter Cominam filiã
1 quondã nobilis viri Iacobi de Rouerenda † & reliquos eius parẽtes, ſimiliter ex nobilibus de Rouerẽda, ſeu Boniſacium eorum alterius procuratorem, vel procuratores, ex altera. coram venerabili viro dño Ioanne de Scarabellis iuris canonici perito: ac Reuerendiſſimi, in Chriſto Patris, & d.d.P. Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Eepiſcopi Papien. & Comitis, & in hac parte à ſede apoſtolica ſpecialiter delegati, & executoris, Vicario generali, & ab eodem dicto Epiſcopo delegato, ſubdelegato, ſeu ſub executore ſpecialiter deputato. Et coram ipſomet domino Epiſcòpo delegato, ſeu executore. Aut p eos dominos Epiſcopũ, & Vicarium vel alterum eorum, viſis illis omnibus & ſingulis actitatis (vt ſupra) cum atteſtationibus hinc inde receptis. in ſumma quæritur, quænam futuræ ſint partes in cauſa illa matrimoniali, eiuſdẽ domini Vicarii ſubdelegati, ſeu ſubexecutoris ſupra dicti?

Et Prima fronte videtur pronuntiandum p ipſum dominum Vicarium ſubdelegatum, ſeu ſubexecutore, p ipſo Vbertino: & iuxta reſcriptum, & mãdatum apoſtolicum. Cum & iuxta illius Vbertini petitionem, ſeu requiſitionẽ videatur quaſi plenariè, ab eo probatum, dictum matrimonium: quod per ipſum ptenditur aliàs fuiſſe contractum cum ipſa Comina. Eo quòd, ad matrimonium probãdum induxit teſtes numero quatuor: inter quos ſunt illi Iacobus, & eius ſoror ſimiliter ex nobilibus reuerẽde. (Et quod magis) eſt in tertio gradu agnationis cũ ipſa Comina: quos non videtur veriſimile aliqd falſi, contra eam depoſuiſſe: præſertim, in re tanti præiuditii, & infamiæ, ipſius Cominę, iam tũc alteri nuptę. & quod matrimouium fuerat per carnalem copulam conſumatum: quanquam & ipſi teſtes coniuncti dicantur etiam dicto Vbertino. præcipuè, quia ſunt cum dicto Vbertiño in inferiori gradu conſanguinitatis, ſeu affinita
2 tis. † Par autem affectionis cauſa purgare videtur omnem ſuſpitionem. ff. de rit u nup. l. non ſolũ. §. i. Nec reliqui duo teſtes, quãquam videantur in gradu ſecundo conſanguinitatis coniunct i: (vt ipſi etiam in eorũ teſtimonio fatentur:) Vbertino dumtaxat, poſſunt ideo videri à teſti-
3 monio repellẽdi. † velut in gradu non prohibito. imo admittendi. tamẽ cum diſtinctione affectionis. iuxta iura ſuper hoc vulgata. Eoq; & ſi illa ex conſanguinitatis coniunctione videantur. non omni exceptione maiores. ipſa tamen affectionis diſtinctio etiam purgatur, ob interuentum aliorum duorum præcedentium teſtiũ quibus nil videtur contrarium. Quinimo, cum
4 † in ore duorum regulariter ſtet omne verbum videretur concludendum, ſolis ex illis duobus præcedẽtibus plenè probatum illud matrimonium ergo &c.

Cæterum verius reor oppoſitum. Quòdq; illud aſſertum matrimonium minimè fuerit, nec ſic probatum. Nec enim paſſim & ſine delectu
5 credendum eſt quorumcunq;. imo † teſtium fides diligenter examinanda. ideoq; in perſona eorum exploranda ſunt in primis, cuiuſq; conditio. an. ſ. honeſtæ, vel inculpatæ fuerit, & ſit vitæ? an vero annotatus quis, & repræhẽſibilis exiſtat? quod, & text. confirmat. ff. de æden. ſi quis argentarius. §. i. an locuplex, vel egenus ſit: vt lucri cauſa, q̃d facile admittat, vel an inimicus ſit aduerſus quẽ teſtimonium profert, vel amicus ſit ei: pro quo teſtimonium dat &c. vt hæc omnia ad contex. inquit litera. ff. de teſti. l. iii. in princi. & ĩ decretis iiii. q. iii. vbi eſt canonizata illa. l. iii. tota. ideo quòd (vt ibidẽ ſubicitur) diuus Adrianus reſcribit eum qui iudicat, magis poſſe ſcire: quanta fides adhibẽda teſtibus, quaſi illud totum arbitrarium ſit & ĩ arbitrio iudicantis compoſitum. verba illius epiſtolæ (vt ſequitur) hæc ſunt. Tu magis ſcire potes, quanta fides &c. Sed nec illud eſt omittẽdum: quòd & iudex aduertere debet vtrum vnum præmeditatum, eundemq; ſermonem attullerint: concordantes in verbis omnino: vel verba ſimilia
6 proferentes. Vnde cum videt iudex † teſtes ſimilia proferentes: poteſt eos meritò habere ſuſpectos. vt. d. l, iii. §. ideoq; Diuus Adrianus. & in decretis iiii. q. c. in teſtibus. & in Specul. eo. tit. §. i. verſicu. quod teſtes idem dicunt. &. §. nunc tractandum verſi. cautum. & ſequenti. hoc quoq; debet iudex aduertere: vtrũ ſit conſentiens fama rei de qua quæritur &c. vt ea. l. iii. §. eiuſdẽ

quoq;

quoq; principis.Nec vtiq;(vt ibidem ſequitur)
7 ad † vnam ſpetiem probationis ſtatim quempiam obligari debere.imo iudicem ex ſententia animi ſui extimare opportet quid aut credat, aut parũ probatum ſit &c.idcirco quod vulgus reputaret probatum, eo quòd ab omnibus teſtibus vnanimiter eſt prolatum per eundẽmet ſermonem in verbis omnino concordantem. vel verba ſimilia continentem:ſicut in præſenti (rectius loquendo)poteſt liquido compræhendi per bonum iudicem.magis reddi ſuſpectũ. Creditq; vehementer quòd fuerint ad ita teſtifficandum ſubornati: potiſſime, cum illi teſtes pro vltimo inducti,in honeſtæ,& culparæ vitæ, & conuerſationis fuiſſeconuincantur multi fariè.multisq; modis, p probationes inductas a muliere,& aliis.Maxime cum de illo Iacobo, & aliis teſtibus maſculis, dicant quòd fuerint, & ſint homines rixoſi,craſſatores, ſeu latrones publici: puta ſtratas publicas diſcurrendo,& in eis homines robando, & capiendo, captosq; ad caſtrum reducendo, & ſimilia.de quibus in l.capitalium. §.famoſos. &.§. craſſatores.ff. de pænis.cum ſi.Amplius,& ille Iacobus ſatis conuincitur:quòd fuerit homicidiarius: & illi duo luſores,biſclatiæ incantatores: biſclatiãq; exercentes publicè.& modicæ fidei, Blaſfematores que Dei, & ſanctorum. Quiq; pro illo Vbertino teſtimonium perhiberent ad votum eorũ.
8 Atq; egeni,qui † ideo lucri cauſa,faciliter conrumperentur: contra quos, illa lex.iii.alloquitur:ibi vel egenus ſit,vt lucri cauſa &c.& ĩ auth. de teſtib.§.ſancimus. &.ff.de excuſatio.tuto.l. ſpadonem.§.fi.præſertim loquendo de vltimis qui ſunt ita coniuncti cum ipſo Vbertino.viuẽtes aſſiduè,& cõmodentes cum eo, vnde ſatis poteſt videri domeſticum eorum teſtimonium vulgo improbatum. Suntque illi vltimi,nedum germani: ſed etiam maximi eius Vbertini amici.quod admodum. per text.illius.l.iii.in litera ibi vel amicus &c.Amplius deponunt multi teſtes,quòd omnes alii quatuor,vſq; tempore eorum teſtimonii fuerãt mulieres,& aliorum nobilium capitalis inimici. ſaltim, vt ibi duo vltimi poſt vociferationem illius matrimonii.Nemo autẽ eſt,qui neſciat,quòd ad teſtes reppel-
9 lendos,† licet non ſufficiat omne odiũ,ſeu inimicitia,illud tamen de per ſe ſufficit,ſecundum omnes.q; ſint inimici capitales ſtudentes mortem,& deſtructionem totalem:vnus videlicet alterius.ſicut de illis qui depoſuerunt pro matrimonio,palàm dicunt alii teſtes, maximè de illo Iacobo deponẽtes, quòd dicebat quatenus nunquam ceſſabit:donec illi vel ipſe erũt defuncti &c.ac quòd propter eorum odium, interfecerit illum Bertonum:& recesſit à loco rouerẽde,propter timorem eorum,quæ omnia ſunt ſigna manifeſtisſima,capitalis inimicitiæ,& conſequenter ob id ſolum,nõ poteſt iudex talibus teſtibus fidem aliquã adhibere. vt dicta.l.iii.ibi in litera ei inimicus.cum & in decreti, (vbi ſupra)& extra.de ſimonia.per tuas in fi.& legitur plenè.iii.q.v.in ſumma.&.c.ii.& inſtit. de excuſatio.tuto.§.inimicitiæ.& legitur, in authen.de teſti.§.ſi.dicatur hos quoq; omnes & ſingulos defectus,ac crimina in teſtes,pro matrimonio productos:aduerſus obiecta in probatione confirmat.optimè pro hiis omnibus publica vox,& fama(vt conſtat)teſtes depoſuiſſe palàm & apertè(vt dixi ſupra)& d.l.iii.§.eiuſdẽ quoq; principis cum glo.& extra de teſti.veniens lo picco
10 lo. † vbi fama cum vno teſte probãt plenariè. & per Bar.ff.de quæſtio.l.de minore.§.tormenta.& poſt eum, per alios in.l.eo quidem. C.de accuſatio.Quoniam ergo,& ſi ſingula non pro-
11 ſint:† multa ſimul iuncta iuuãt ergo &c.Breuis ergo & vera ex omnibus ſimul iunctis eſt concluſio.quòd illius aſſerti talis qualis matrimonii,non eſt facta probatio. Et id circo, actore non probante, veniũt tam ipſa Comina,quam omnes alii parentes ſui inquietati, cauſa prætẽ ſi matrimonii,protinus abſoluẽdi.ac perpetuũ ſilentium ipſi Vbertino debet imponi, amodo ſuper dicto matrimnnio.Quæ omnia etiam coadiuuat illius præsbyteri Ianzaroti teſtimoniũ primo pro Vbertino nominati,licet poſtmodũ ab eo,non producti: quia veriſimiliter non potuit ſubornari: quoniam poſt teſtimonium depoſuit.quòd nunquam affuit.illi aſſertæ diſpenſationi,ſicut in omnibus matrimoniis ſemper cõſueuit fieri:ſcilicet quòd ad ſit preſentia preſbiteri.Atq; ſuſpitionem ſubornationis illorũ teſtium facit, quòd deponit alter teſtiũ mulieris,& nobilium:deponens, quòd ille Cominus de Rouignano, teſtis pro matrimonio productus:ſibi licet extraiudicialiter confeſſus fuit q; pro illo matrimonio depoſuit ad inſtantiã dicti Vbertini compatris ſui,quãuis re vera præſens nunquam fuerit.

SVMMARIVM.

An tranſactio tutoris,noceat pupillo?

1 *Tranſactio tutoris an noceat pupillo?*
2 *Tranſactio an dicatur nulla: quotiens tranſactum ſit vt aliquid detur?*
3 *Tranſactio quando ſit ſeruanda?*
4 *Doli remiſſio inuitans ad delinquendum: non valet:*
5 *Quælibet pactio quando teneat?*
6 *Tutores & curatores an remittere poſſint debitum liquidum? & in nu.7.*
7 *Tranſactio bona fide facta:quãdo valeat: & à quo?*
8 *Coodictionalia verba ſunt in ambiguo & condictionaliter prolata creduntur.*
9 *Vſurarii ita ſubtiliter ſuos contractus facere ſolent:quòd vix de vſuraria prauitate conuinci poſſunt.*
10 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.*
11 *Priuatio ſupponit habitum.*

Verba

12 *Verba inuicem repugnantia:intelligi debent vt res tota valeat,non pereat*
13 *Nemo inuitus regulariter cogitur accusare.*
14 *Negligentes comparere: intelliguntur renuntiasse iuri suo.*

CONSILIVM XXVIII.



18 *Actori incumbit onns probandi.*
19 *Creditor pignus an retinere possit:donec eius expensa refundentur?*

CONSILIVM XXXI.



IN IESV CHRISTI noie Amẽ. In facto proponitur quòd quædã dominã.M.per publica documenta vendidit & tradidit domũ vnã cum certis aliis terrarũ petiis prætii,veræq; existimationis ducentũ ducatorum:& pactum pro prætio tamen conuẽto dũtaxat centum ducaterum prætio tunc extrinsecus ab illo instrumẽto inter partes † conuẽto de retrouẽ.reddẽdo seu restituendo res illas(vt præfertur)venditas quandocũq; pro illo prætio conuento,& non pluri,neq. minori,intaq; (vt moris est) in instrumento,solita renũtiatione beneficii cõpetentis decepto vltra dimidiam iusti prętii donationem faciẽs ipsa vẽditrix emptori de eo pluri quantumcunq; fuerit in reuocabilem,& inter viuos. Ex post autẽ emptor dictas domũ,& terras diu possedit semper fructus ex inde percipiens & in proprios vsus conuertens. Nuper conquæritur illa mulier vẽditionem illam præcedentem fuisse nudam imaginariam, & re vera celebratũ fuisse pignoris contractum vsurarium,pro inde inferens dictis ex fructibus estenuata protinus sorte, domum illam cum terris sibi liberè relaxari. Nixa quoq; fuit, & illud probare de ipso emptore quòd ipse cõtractus fuerat vsurarius tales contractus fieri facere solitus.& si supponatur quòd nil de eo re uera efficaciter potuerit probari. imo(vt refertur)dicunt testes sui tamen de tempore illũ contractum diu sequente. Vnde quæritur ne rebus(vt præfertur)se habẽtibus iudicari debeat ille contractus fictus, & simulatus req; vera pignoratitius,& vsurarius. Hanc enim quæstionẽ, illud præsertim mouet quod scribitur extra de contrahenda.emptione.c.ad nostram. vbi licet primum scribat Papa ad suum peruenisse auditum,quòd cum.R. mutuũ accipere vellet ab.M. creditor.s.M.prædictus ne per canonem cõtra vsurarios æditum,posse In posterum conuehiri domos,& oliuas recepit ab eodẽ titulo emptionis,cum re vera.cõtractus vsuratitius ageret & consequenter verba illa omnia fuerunt assertiab partis, allegationem continentia. nil minus sequitur tex.immediatè ibidẽ cum inquit quod patet &c. quo ex textu continetur Papa antepositio quædam,& est secunda pars principalis illius decretalis,qua ex interprætatione scribit Papa constanter,& apertè loquens de se illa omnia.s.superius enarrata,partim idest prætiũ de iure ex eo & quòd creditor debitori promisit.vt quaudocunq; sexaginta vncias tarenarum daret,quæ vix dimidiam iusti prætii contingebant domos eius restitueret,& oliuas,& euidẽtius sequitur in tex.ibi quia igitur frequẽs &c. & est tertia pars principalis quòd Papa mãdat quatenus(si res ita esse habet).i.creditor debi-

tori promiserit(vt præfertur) de retrouendendo rem:restitui faciat domos.& oliuas &c.Quibus ex omnibus luce clarius videtur ibi text. ꝙ ex pacto de retrouendendo pro modico prætio,puta vix dimidiam iusti prætii contingente (vt dixi)quòd præsumitur absq; suffragio alterius adminiculi,simulata venditio, & veraciter inter partes retroacta vsuraria pignoratio,si.n. verba ibi í textu relata,quod patet &c. fuissent partis allegatio asserentis & allegantis,ita de iure præsumi ex eo pacto:non iam constanter(vt dixi) text.suppossuisset quòd.s.supra ad nostrã audientiam peruentum.patet i. præsumitur ex eo.imo retulliſſet tantum id fuisse de partis allegatione.Amplius & si ptinaciter modo quis dicere vellet quòd partis allegatio foret nil ad rũbum:eo quòd textus sequitur immediate dicẽs si ita est.s.quòd id in pacto deuenerit vt supra, & consequẽter tenẽdo quòd esset allegatio partis saltem fore ibidem illa allegatio approbata per Papam,tanquam de iure vera, placet quoq; in tertia parte ibi si ita est illa expositio prius facta.s.quod iteruenerit pactũ de quo supra:quoniam secundum hanc expositionem.ille tex.est singularis,& valde notabilis.Et vt rescribit agnatus meus olim dominus Episcopus Vincẽtinus in cõmento illius capituli, ille text.est notabilior qui sit toto illo in libro & quotidianus de facto. Cuius testimonium apud eos qui eũ nouerunt:non est modicum.nec scio alibi responsum per tex.quòd ex eo solo pacto de retrouen
2 dendo,† pro illo modico prætio præsumatur simulata venditio absq; alio adminiculo, quamuis nouerim illud ad litterã approbatum p magistrũ Bernardũ ĩ tit. cũ quæstus extra de vsur. vbi ad finem glo.magnæ tenet quòd & si regulariter emptor lucretur fructus medii temporis appositio inuenditioue pacto de retrouendendo: † nihilominus quoties prætium est mo-
3 dicum: vix dimidiam iusti prætii contingens,
4 pro quo paciscitur quis de retrouendẽdo † præsumitur contractus in fraudem vsurarum conceptus. per text. illũ.s.decretalis ad nostram. dũtaxat motus, nec approbo expositionem eorum qui exponunt condictionem illam tex.relata si ita est dicentes si ita est puta quòd vendictio fuerit simulata:& re vera contractus vsurarius agebatur &c.eo quòd secundum illam expositionem foret illa decretalis de indubitabili, nullius quòd vtilitatis,& comodi.Nam ne
5 mo est qui nesciat: quòd plus valet † quod agitur: quam quod simulatè concipitur: id circo non est illa intelligentia habenda, per quam reddatur illa decretalis sine dubio, & cõmodo iuxta iura super hoc vulgaria.illud quoq; vehementem contineret diuinationem: quod visus est Abbas sensisse de illo pacto de retrouendendo,puta quòd fuerit pro minori prætio quam in venditione conuentionato : eo maxime. quia semper solet eo in pacto esse prætium conuentnm totum vt.C.de pac.inter emptor. & vẽdito.l.ii.&.l.penultima & vbilibet de ista materia tractatur:presertim quia dicitur ĩ littera quę vix dimidiam iusti prætii &c.vnde notandum quòd dicit tex.iusti prætii, non dicit conuenti expræssim innuens quòd si illæ lx.vntię terenarum retro dandæ nou fuissent: iustum prætium fuerant tamen totum illud prætium quod erat inter eos conuentum:nec habuit tex.necesse illud aliter exponere eo quòd vt plurimum tantum modo (vt dixi) pro prætio conuento fit pactum de retrouendendo in excludendo illas lx.vntias a prætio iusto:satis aperte includit eas
6 fuisse de conuento †cum vnius inclusio sit alterius exclusio &c.vt pulchrè probat textus ad propositum.C.de senten.quæ pro eo quod interest proferuntur.Breuis est ergo & vera videtur illa conclusio qnòd in illo tex.decretal.ad nostram vendictio fuerit facta pro prætio conuento vix dimidiam iusti prætii contingentem & pro illo eodem prætio,vt assolet,fuerit factũ pactum de retrouendendo qñcumq; rem,& nihilominus ex hiis duobus solis creditur vendictio simulata, quodq; illud respondet Papa clare loquendo de se ibidem ĩ littera cum inquit quod patet &c.& illa met conclusio fuit de mẽte Inno.expræssa.ait enim ibi quòd prima.s.in
7 ptio deceptio†sola,nil valet de per se.imo requritur simul vtrũq;.s.cũ prima.s.deceptione in prætio adhuc pactũ de retrouendendo pro illo modico prętio,satis ergo fatetur sufficere ipsa duo sola,& solummodo.Quod nunc videns in lectura dicti quondam agnati mei,super dicta decretali ab eodem videtur ĩnui.§.ex hiis duobus de facili aduersum hunc contractum præsumi: nec immęrito,quoniam & hoc facit pro anima vsurarii.& ideo pro bono suo illud præsumendum est de leui.Quibus ex omnibus infertur, quòd
8 quamuis pro regula illud tradatur:ꝙ † ex præsumptionibus nemo damnetur, vt.ff.de pœnis l.absentem,quinimo nec instrumẽtis rectè, nec aliis probationibus dubiis & equiuocis. immo oportet eas concludere necessario quod actor intendit rem secundum iura vulgaria.quoniam tamen tales vsurarii,contractus suos tam occulta ineunr & dolosè,quòd vix conuinci possunt de vsuraria prauitate.etiam pro bono animarũ suarum relaxantur in eos omnes iuris regulæ.
9 † Adeo quòd compelluntur eorum priuatas rationes ædere,vt in clemẽtina vnica.§.cæterum de vsuris,& aliàs condẽnantur solis ex præsumptionibus de facili aduersus eorum contractus præsumendo quòd sint vsurarii: & pignoratitii quamuis eorũ istrumenta cantent de venditione forsitã iusto ptio.ex eo solo quòd inserta reperitur in eis conuẽtio:quòd si displicuerit emptori,quãdocũq; liceat sibi discedere protinus ab illa venditione aliquo quamuis modico retro reddito.Amplius prætio,fructibus interim perceptis in sortem computandis.Illo enim ex

solo

solo pacto de retrouendendo, seu melius de adiecto contractu, (si displicuerit:) recedcdo quoniam con tinet duo contra venditionem veram .primum quòd reddatur amplius prætio. Secũ
10 o dum quòd fructuum in sortem fiat † computatio: præsumitur simulata venditio. præsertim si solitus est fœnerari, vt ad literam licet videre, ex
11 tra de pigno.c.illo vos. & alibi dicitur † quòd fraudem de facili præsumimus & venditur fraudulenter eo q̃ non particularē inuenimus. imo vniuersaliter factã de bonis omnibus, vt vulgo legimus de hiis quæ in frau.credi.l.omnes.§.lutius. aut quia venditor non obstante vendictione existitit repertus communem rem vẽditam possedisse & fructus omnes percepisse, faciliter iudicarem vendictionem illam simulatã, & imaginariã fuisse. ff. qui. mod. pig. vel ypo. fol. l. sicut §. super vacuum. & notatur. C. de suffragio. l. vnica. Alia quoq; infinita exempla possent induci: quibus sufficit in tali materia actori ccncludere verè vel præsumptiuè quæ omnia ad propositum licet videre per Bar. ff. de dona. l. post cõtractum. plurima describens ex quibus vendictio interdum creditur fictitia, & simulata: interdũ fraudulẽta. quibus satis sit remisisse pro hac materia &. c. de bo. damn. l. siquis post hac. Cum fi.
12 Smile videmus de hiis quæ agunt occulte. † q̃ necessitas cogit quatenus admittantur ꝓbationes regulariter interdictæ, vt vulgo legimus. C. de repudiis. l. cõsensu. & plenius, in decretali veniens lo grande in tex. cum glo. extra de testib. Auget quoq; quęstionem nostram illa vehemẽs præsumptio de quocũq;, quòd nunquam credit
13 † suum velle iactare: adeo quòd si quicquam soluat, quod postea velut indebitum repetat. qđ recipiens de plano se recipisse fateatur: non tamẽ indebite. imo debitè præsumptio est pro eo qui accepit: quòd nunquã ita resupinus soluens credatur esse, vt facile suas pecunias iactet & indebitas effundat. mærito is qui dicit pecunias indebitas: compellitur ad probationem (vt vulgo legimus) hæc omnia. ff. de probat. l. cũ de indebito in prin. Quod vehementius in præsenti credimus vbi de mulieribus agimus, quarum
14 † uarissimum est genus. ff. ad velleia. l. sed si ego in fi. cũ ibi not. quibus sufficiat remittere quomodo igitur credi posse videtur quòd veraciter voluerit rem suam vendendo taliter iactare cum proinde valeamus meliorem coniecturam assumere, puta quòd contrahẽtes simulauerint venditionem peragere, ne si palàm pignoris cõtractum egissent: fructus sortem estenuassent: ad quod ita fingendum quælibet debitrix de facili consentit, malens pecuniam susceptam gaudere quam fructus rei piguoratæ. donec contingerit pecuniã illam soluere posse, ex quo vi pacti, de retrouẽdendo certa redditur, quòd rem suam habitura erit quandocũq; prætio ex soluto. Auiditate ergo habendæ mutuæ pecuniæ, etiam mulieres admitũt talia emptionum simulatarum instrumenta. Ideo inquit sæpius allegata littera ĩ c. ad nostram, quòd talia patẽt. i. præsumuntur propter sola pacta de retrouendendo, pro ita modico pretio, vt ibi ĩ littera quod patet. Quo fit vt ibidem Abbas quẽ & Ioã And. in d. c. ad nostram, videtur retulisse etiam malè videatur sensisse in eo quòd poterat verba illa quòd cum. R. laicus ab. M. mutuum accipere voluisset, asserens eo constitisse de originali causa mutui, verbi gratia. q̃ petebat. R. laicus ab. M. x. ex causa mutui, at M. dixit se velle mutuare: sed velle quòd pro illis decem mutuãdis, venderet sibi domos & oliuas rei certæ, quod constat, q̃ originalis causa fuit mutui. id circo innuit Abbas in subsecuta vẽditione quòd prẽsumitur fœneratitia: ita intelligẽdo illa capitula ad nostrã, & illo vos. quamuis Papa in. d. c. ad nostram minimè dicat illa ad eius audientiã peruenisse nec aliter de hiis cõstitisse. imo de hiis omnibus petere. i. præsumi solo ex pacto de retrouendẽdo, pro ita modico prætio: sufficit ergo quòd allegetur solummodo illa originalis mutui causa tunc, & non si aliter testibus nec alii monimentis fuerit doctum de ea: nihil minus cõuincitur, & à iure præsumitur propter dũtaxat pacta, quibus ex omnibus luculenter videtur ista pars prima fronte satis sufficienter probata. Ceterũ, & si iam dicta in aduersum reddant aliqualiter suspectum illius venditionis instrumentum; verius, tamen reor oppositũ: neque quòd
15 de iure reputandum sit fæneratitium †. Nam vltra illud taxatum prætium centum ducatorũ & pars prætii, venit censendum pactum illud de retrouendendo, ipsius vendictionis ipsi celebratum. ff. de conttahen. emptio. l. fundi partem. ea de re improba videtur allegatio deceptionis in pacto: cũ si quãtitati antedictę quis addiciat pactionem retrouendendi recte poterit non libere, & generaliter dominium, a venditore trãslatum videri in emptorem. imo secũdum quid tantum modo, & non propter hoc & in recto taliter, sed ad votum vendentis reuocabile, quolibet momento, pro illo modico prætio centũ ducatorum. Nec cum videtur illa ex veudictione, de perditum, quo est reuocabile ad ipsius tradentis nutum, nec magis mulier illa videtur iactasse sua realiter & vere vendendo (& vt præfertur) dominium transferendo, quam simpliciter pignori dando. Ita enim relinquitur vera vẽdictio secuta. de recuperatione rerum suarũ certa quandocumq; voluerit prætio retrodato quem admodum ex pignore contracto. Nec in specta opinione. sua. plus fructuum medii tem
16 poris, est habitnra † ex contractu pignoris quã vẽditionis quãuis illius mulieris opinio. improbata, sic per iura canonica, quæstus vsurarios aspernentia: (vt ad sensum patent hæc omnin). Nulla igitur non cogit ad præsumendum per
17 contrahentes mentetenus † aliter actum, quã cantent verba instrumentorum: pro tanto, eis

Roma. cons 423 n. 12 ubi & aliqui

est

est standum, & protinus credendum. ita inter contrahentes actum (pro vt in eis legitur) & ei, i. ab eo qui dicit aliquid simulatum protinus est probandum verè, aut saltem præsumptiue, vt. l. cum præcibus. C. de probat. & ibi hoc scribit Bal. in l. cum res. C. de contrahen. & committen. stipulat. l. optimam. de re iud. l. vltimam. C. de donat. l. in donat. extra de probat. c. quoniam contra de præsumptio. illud &. c. ad audientiam extra de præscrip. & ad plenum Innoc. extra de fide instru. c. cum Ioannes. Nec hoc in casu inuenio præsumptionem hanc mutari aliqua lege nec canone. Vnde erubescemus rē, ei enim qui dicit aliter actum, † quam reperiatur scriptum onus probandi incumbit. ff. de probat. l. ii. &. C. eo. l. actor. illa enim decretalis ad nostram, non iuuat mulierem istam potissimè quòd loquitur de alio pacto retrouendendi magis remoto à natura sua contrahendi & protinus asperso vsurarum vitio. eo quòd nō liberè permittebat sicut hic, debitori q̄ncúq; ad libere retroue nde re. imo tantum modo à septēnio vltra, quasi vellet creditor quæstum vsurarium omnino illorū septem annorum: nec erat ipsi venditori ita libere recursus ad eius dominium. Amplius, si distulisset post nouēnium: & vera vendictio fuisset, & non pignoratio sua fortiter iactasset mulier illa quod nō est verisimile eā voluisse: iuxta prędicta, Rectè ergo & secundum Hosti. qui circa hæc & pulchra describit ibidē: in verbo a sep-ennio, inquit ex eo pacto tam morboso, tāq; vsurarum quæstus implicito, præsumi simulata vendictio, & vera pignoratio, ac vsuraria. quo et casu loquitur glo. magna Bernardi, in prēallega. c. cum quæstus. eo quòd (vt ante scripsi:) ide Bernardus, illo ex textu. c. ad nostram, in verbo dimidiam, cum subdit dicens tamen hæc. s. sola deceptio sine prima, quæ qualis sit exprimit littera. nihil valet, præsertim cum verba Innoc. sequentur nominatim exprimendo qualitatem illius primæ. s. quòd infra certum tempus deberet restituere empta, & non generaliter per omnia tempora. Fateri enim valemus: q illo tunc præsumenda esset venditio simulata: vbi concurrerent illa duo. & similiter saluatur agnati mei opi. tenentis sufficere illa duo. & ostendit pro ista quæstione Doctorum quidam, recollectam in transcursu lectionis factam sub domino nūc Florentino. qui mecum concors est in hac sñia restringēs illā decretalē ad nostrā: vt supra per oīa quo oēs & tex. & glo. & Doct. sunt ī cocordia. Amplius secūdū Egidiū & Hostiē. post eum ille. M. de quo loquitur dictum. c. erat vsurarius quod & exprimit tex. palam cū dicit de creditore ne per canonem contra vsurarios æditū posse in posterum conueniri.: domos & oliuas recepit ab eod. titu emptionis &c. igitur egit ne posset de suo vitio per ordinariū publicari instrumento à procuratore, vsurario iuxta. decretalem illam extra de vsuris. cum in tua diocesi. qua publicatione facta inciperet manifestus vsurarius censeri. & consequenter tunc incidisse tam pœnas lateranensis consilii extra de vsur. c. quia in omnibus, quam etiam nouas consilii lugdunensis, de quibus in eo. tit. c. i. & ii. lib. vi. & ita agnatus meus rescribit sua in lectura quod sufficiunt illa duo, pactum. s. illud de retrouendendo: de quo illo in c. simul. & deceptio in prætio. eo creditore pro constanti suppusito vsurario Vnde concludo vno verbo, quòd aut est cum deceptione in prætio generalis & perpetua conuentio de retrouendendo: nec appareret quòd tunc emptor foret vsurarius, illo tunc nulla est ratio miseræ suspitionis de tali instrumēto p̄sertim cū per oīa ita deseruiat volūtati mulieris veraciter vēdēdo, sicuti fęnerādo. Nec iuxta eius votum, repetiretur aliqualiter maior iactatio suorum vno modo, quam alio. Potissime enim suo ex voto, prętio accepto retradito, ita reuocabilis est illa domini translatio in emptorem facta sicut pignoris datio, quandocūq; debito soluto. quinimo minus audebit talis emptor, qui se astrinxit ex prætio taliter de retrouendendo ad melioratione quampiam rei emptæ, etiam futuram cum modica impensa, eo quòd retinendo postea: cadunt ab omni sua melioratione. cum impediisset in re sua, & non
19 in aliena; secus in creditore † qui pignus potest retinere donec eius refundentur expensæ. ff. de pign. l. Paulus. §. domus. Neq; si rectè intuemur iuuat hoc casu contra instrumentum, illa asserta præsumptio alicuius legis, nec canonis suffragio, neq; glosatoris, cuiuspiam, aut comētatoris: quā sententiam, hoc casu seruat collegium Mediolani deseruiens regulæ, quæ in dubio semper est pro instrumento: & est melior solutio ad. c. ad nostram, quàm data p Iac. de Are. secundum. Cyn. qui refert eum in d. l. emptione: dicens quòd ibi in pacto de retrouendendo, de uenerat vt amplius daretur prætio in venditione: quòdq; fructus computarentur in sortē: de quibus nil exprimit ille tex. Imo (vt dixi) sunt verba. c. illo vos. Aut ille emptor est vsurarius, & tunc aliqualiter est dubitatio: quāuis ad hoc tenuit Iac. de Are. secundum Cyn. deseruiēdum iuri cōmuni, & standum instrumento: cui opinioni inherendo, facilè est tolli omni modo in contrarium allegata: restringendo ca (vt supra) Aut pactum retrouendendi non est generale: imo tantum temporale, & tunc. i. tantum modo a septēnio vsq; ad nouennium, tunc si est vsurarius: non est dubium quin sit præsumendū contra instrumentum, si non esset vsurarius, esset aliqualiter dubium. sed fortè tutius esset cō tra instrumentum cōcludere: ne incurramus diuinationem, quam non bene exprimit tex. illo in c. ad nostram. s. quòd emptor tunc aliàs fuerit vsurarius: solo cum ex pacto satis constat saltem pro tunc, de crimine illo vsurario cōmisso ex quibus apparet solutio ad alteram decretalem

lem illo vos.& ad omnia in aduerſum inducta. ſunt enim noſtro in caſu diuerſa:& non ad verſa. Qua ex re concludo pro Martino,quòd eius facienda eſt abſolutio. Et ita dico, & conſulo.

SVMMARIVM.

An Fodra,vel talea, posſint īponi pſonis alterius iuriſdictionis , habentibus poſſeſſiones ſub iuriſdictione imponentis?

1 *Fodra,vel talea an imponi poſſint perſonis alterius iuriſdictionis : habentibus poſſeſſiones ſub iuriſdictione imponentis?*
2 *Fodra,taleæ,& ſimilia,non pro rebus, ſed perſonis pro rebus imponuntur.*
3 *Fodra,taleæ,& ſimilia,imponi an poſſint, perſonis non ſubditis?*
4 *Sola ratio poßeſſionis : non ſufficit ad onera imponenda.*
5 *Lapſus tanti temporis,cuius non extat memoria hominum in contrarium habetur loco conſtituti , & priuilegij.*
6 *Conſuetudo longiſſimi temporis eſt ſeruanda pro lege.*

CONSILIVM. XXXII.



NIESV CHRISTI noīe Amē. In facto proponitur quòd antiqua conuentio fuit inter dominum Epiſcopū Terdonen.ex vna parte,& conſules dictæ ciuitatis ex altera,(vt publico patet inſtrumento) tenoris in effectu. quòd illa Ciuitas nō poſſet imponere fodra, nec taleas quibusdā
1 homnibus Epiſcopatus: † pro poſſeſſionibus quas haberent in territorio ſubdito poteſtati ipſius ciuitatis ipſis homnibus tamen certū cēſum ſoluentibus.poſteaq; nō nulli ex hoībus prædictis habentes poſſeſſiones ſub territorio Terdonen.quas etiam acquiſiuerunt poſt conuentionem prædictam: pro quibus tanto tempore , cuius principii non eſt mæmoria: fodra nunquā fuerunt,nec taleæ impoſitæ per dictum cōmune.Nihilominus vult nuper cōmune Terdonen.ipſos homines Epiſcopatus fodrate: & fodra,ſeu taleas,īpoſitas exigere: velut habētes cauſam ab ipſa ciuitate Cumque aliàs de hoc etiam fuiſſet quæſtio: prolatæ fuerūt plures ſententiæ pro ipſis hominibus.

Hinc quæritur,an valeant de iure cogi homines ſupradicti.ad dicta onera ſoluenda?

Et ſub Breuiloquio,dicendum eſt,quòd non, primitus iure cōmuni inſpecto : quoniam talia
2 onera fodra,taleæ , & filia † non imponūtur rebus:imo perſonis, pro rebus. Et id circo nō poſ
3 ſunt imponi † niſi ſubditis,& non aliis perſonis quāuis illæ perſonę non ſuppoſitæ haberent poſſeſſiones in territorio alieno:(vt ad litterā pro batur).ff.ad municip.l.reſcripto.§.fi.& ibi glo. &.C.de mulier. quæ ſe.prop.ſeru.iunxe.l.vnica.
4 & ibi plenè per Bar.Et mærito,† quia ſola ratio poſſeſſionis non ſufficit ad onera imponenda. ff.ad municip.l.libertus.§.ſola poſſeſſionis cau ſa.Quo fit vt quiuis nō ſubditus poteſtate Terdonæ haberet poſſeſſiones aliquas in territorio ipſius poteſtatis(vt noſtro caſu)Nil minus, illa ciuitas talia fodra , & taleas, non poſſet imponere pro illis poſſeſſionibus,perſonis:non ſibi ſubditis.Rurſum,& illi homines Epiſcopatus
5 tuti ſunt quoniā† lapſus tanti temporis, cuius in contrarium non eſt memoria : habetur loco conſtituti , ſiue priuilegii.ff.de aqua quottidia. & eſtiua.l.hoc iure.§.ductus aquæ & extra.de verbo.ſigni.c.ſuper quibusdā.§.i.& ibi plenè in glo.illa quoq; ratione, non poteſt ciuitas fodrare,nec taleas exigere ab illis hoīnibus. Ex quo finit illa ciuitas quòd incantatores vel alios cauſam habentes de iure ciuitatis agere, volendo, illa fodra exigere ab illis hominibus & non contradixit ſententiæ latæ, contra illos incantatores.nocent ciuitati.& ligant ciuitatem , vt nec ciuitas nec alius pro ea, poſſit contra illas ſententias venire.ff.de re iudi.l.ſæpe.§.ſcientibus. quinimo ex illis ſententiis , cum curſu longiſsi-
6 mi temporis, † poteſt videri inducta conſuetudo legitima præſcripta:quæ venit ſeruanda pro lege vt.ff.de legi.l.de quibus.&.C.quæ ſit longa conſuetudo per totum.poſſunt etiam videri homines illi , legitima præſcriptione,tuti.vt.C.de ſacro ſan.eccle.authētica quas actiones & quod ibi not. Deniq; illo iuuantur:quoniam ait Prætor pacta ſeruabo. Ex quo illi homines pro ſua parte,pactum illud ſeruarunt.& ſeruare de cætero volunt.ff.de pac.l.iure gentium,§.ait prætor ra multifarie igitur,multisq; modis , pro ipſis hominibus concluditur.

SVMMARIVM.

Stante ſtatuto,quòd mulier ſtatim mortuo marito poſſit dotem conſequi: An mulier non petēs ſtatim dotem ſed ſeorſum ab hæredibus habitans,poſſit alimenta petere?

1 *Statuto ſtante quòd mulier ſtatim mortuo marito: poſſit dotem conſequi An mulier non petens ſtatim dotem:ſed ſeorſum ab hæredibus habitans:poſſint alimenta petere?*
2 *Mulier,intra annum mortis uiri ſui dotem exigere: non valens:an ab hæredibus uiri ali debeat īterim.*
3 *Mulier vidua an operari debeat vbi & alimentari debet.*
4 *Ei cui alimenta ex teſtamento debent præſtari: an imponatur neceſſitas cum hæredibus cohabitādi?*
5 *Mulier differens a morte mariti dotem petere : an alimenta ſint interim præſtanda?*
6 *Lata ſententia dotis an iudicis offitium mercennarium expiret?*

Conſiliū

CONSILIVM. XXXIII.

STante,& prę̃ſuppoſito ſtatuto vigẽte, q̃ mulier dotata mortuo marito,ſtatim poſſit petere,& cõſequi dotem. In facto prę̃ſuponitur q̃ mulier dotata, mortuo marito nullo cõdito teſtamẽto, ſtetit in domo quondã viri ſui per duos annos,
1 vel circa,& habuit alimenta in domo † ab hæredibus ſupraſcripti quondam viri ſui: & ipſa præſtitit operas in domo dicti quondam mariti ſui & dictis quondam eius hæredibus. Et poſtea receſſit de dicta domo quondam mariti ſui,& nõ præſtitit operas prædictis eius hæredibus.& ſtetit per decem annos, vel plures, vidua & non petiit dotem ſuam ſibi dari debere. Et deinde poſt annos decem, vel treſdecim, petiit ipſam dotem& conſequta fuit in bonis dictorum hæredum mariti,nulla facta mentione,reſeruatione, nec proteſtatione per ipſam mulierem de aliquibus alimentis petendis.

Nunc autem ipſa mulier petiit ab hæredibus ipſius mariti ſui ſibi dari debere libras.xxv.ipſi pro quolibet anno pro alimentis occaſione dictæ dotis.quæ erat de libris.ccxlviiii.ſol.viiii.ipſi.Et hoc ſecũdũ taxationem factam per ipſam mulierem: Salua veriori taxatione faciẽda(pro vt eius in petitione præſentis tenoris alligati plenius continetur.)

Quæritur,an dicta mulier poſſit petere aliqua alimenta pro ipſa dote.Et an ipſa mulier debeat aliqua obtinere iuxta ſuam petitionem?

In Ieſu Chriſti nomine Amen. Sub Breuiloquio Et abſq; aliquibus argumentationibus pro,& contra faciendis.Breuis,& vera concluſio eſt: quòd dicta mulier. nulla debet habere alimenta pro tempore ſupra.dicto quo receſſit ad domo hæredum quondam mariti, ſui nec operas p̃ſtitit hęredibus eius:licet.n.mulier ſi nõ habet aliud vnde ſe poſſit alere:infra annũ mortis ma
2 riti,iure cõmuni Romano †quo dotem non poteſt conſequi ea de re,quoniam dotem non valet exigere nec alunde habet,vnde ſe poſſit alere:debet interim alimẽta habere ab hærebibus mariti(vt legitur,& per glo.not.)C.de rei vxo. l.vnica actio.§.exactio quod etiam glo.innuit in l.diuortio.ff.ſolu.matri.& ibi per Bar.apertius.&.ff.vt in poſſe.lega.l.platina & in Spe.qui filii ſint leg.§.i.verſi.ſed nun dicamus:debet tamen operari vbi debet abimentari: vt.ff.de operis libert.l.ſicut ĩ princi.& ibi not.ĩ glo.quoniã
3 † tamen iure municipali, in ciuitate pergami, ſtatim mortuo, (vt præponitur) dos poteſt peti:non refert inter primum, & reliquos annos matrimonii diſſolutis: imo ĩcidimus illam quæſtionẽ pro omnibus annis, quibus mulier non vult operari ſeu ſtare in domo cum hæredibus viri, vtrũ debeat ab ei alimentari?quo caſu Speculator in tit.qui filii ſint legi.deſtinguit: Aut poteſt ibi honeſtè ſtare, & non tenentur hæredes alimrnta præſtare:hoc ipſo, quòd non vult ſecum operari:& inhabitare.inducens pro hoc glo.in d.l.ſicut. Aut non ſcilicet poteſt honeſtè ſtare: & tunc ſecus,Nec obſtat.ff.de alimen.& ciba.lega.l.libertis quos.§.fi.ſecundum expoſitionem Dy.vbi nõ imponiturneceſsitas ei cui
4 † ex teſtamento debent alimenta præſtari:cum hæredibus inhabitandi.imo debent alibi alimẽta præſtari: quoniam illa lex loquitur, quando alimenta non debentur ex legis diſpoſitione, non ſolutæ dotis nomine.imo quoniam in teſtamento ſunt per teſtatorem expreſſa legata: Eo tameu caſu ſcilicet quando non honeſtè poſſet cum hęredibus viri inhabitare: dicit Bartol. quęrẽs quid fiet de operis mulieris: diſtinguens quòd quædam ſunt mulieres, quarũ nullæ ſunt operæ: vt iſtæ dominæ magnæ, quæ nihil faciũt in domo:tunc de earum operis nulla ratio habetur.ff.de opis ſeruorũ.l.fi.Si verò ſunt dominæ quæ operantur,tunc de alimentis debet deduci tantum,quantum intereſt hæredis: ipſam in domo operari arg.ff.ſolu.matri.l.ſi conſtante.§.quotiens Proculdubio igitur noſtro in caſu alimenta non debentur:præſertim, cum dotem petere potuit ſemper,& maximè illo tempore cuius nomine nititur alimenta conſequi velle.Vnde imputandum eſt ſibi, quòd dotem non petiit ſtatim cum domo hæredum mariti receſsit.ſicut etiam licuit iure cõmuni. Speciale enim eſt:& valde ſingulare,quòd infra primũ annum diſſoluti matrimonii(vt ſupra dixi)valeat alimenta conſequi ab hæredibus viri.ſi non habet aliũde,vnde poſſit ali: quoniam interim non poteſt dotem conſequi: ergo in contrariũ eſt ius commune.puta,quòd quotiẽs poteſt do
5 tem † petere.vt in pgamo,ſtatim poteſt a morte mariti,& de iure cõi ſaltim poſt annum:nunquam alimenta interim donec differt,dotẽ petere:nullatenus valeat conſequi,& habere,vt.ff. ad municip.l.i.in fi.&.l.ius ſingulare.ff.de legi.& .l.quod verò.&.l.quod non ratione.eod.ti.Sed nec illud eſt omittẽdum: quòd dicta mulier dotem petiit:& cõſequuta eam ſimiliter fuit:(nulla mentione de alimentis facta) illo in iuditio: Mæritò cum & eo caſu,quo etiam fuiſſent debita iuxta prædicta: tunc non veniſſent, nec peti potuiſſent iure principalis ſtationis,ſed dumtaxat offirio mercẽnario iudicis.deſeruiẽte actioni de dote:illo tunc competenti pro exigenda dote. Meritò quoniam lata ſententia ſuper do-
6 te, † expirat illud iudicis officium mercennarium,vt.C.depoſiti.l.iiii.poſtea non poſſent peti talia alimenta:licet potuiſſent peti antea arg. etiam.C.de vſu.rei iudica.l.vltima ad prin.Multifariè,igitur multisq; modis, ĩfertur quòd alimenta illi mulieri nullatenus debentur?

Sũmariũ.

SVMMARIVM.

An ſententia,à qua appellatur ad incompetẽtem iudicem:tranſeat in rem iudicatam,non obſtãte appellatione?

1 *Sententia a qua appellatur ad incompetentem iudicem:an tranſeat in rem iudicatam: non obſtante appellatione?*
2 *Sententia per appellationem an extinguatur, vel ſuſpendatur?in nu.4.*
Et an partibus facere liceat poſt litem conteſtatam quod ante ſententiam in cauſa principali nõ licebat.ibidem.
3 *Iudex ad quem,ſolet in peius ſemper reformare ſententias bene prolatas.*
4 *Quis non appellando, an & quieuiſſe intelligatur?*
5 *Appellationis priuilegium eſt:quòd ſi agitatur altera parte abſente: nõ eſt in huiuſmodi appellationis cauſa neceſſaria litis conteſtatio.*
6 *Ad iudicem ſuperiorem immediatum quãuis remotiorem:ſemper appellari poteſt.*
7 *Poſt ſententiam aliud non quæritur: niſi vt Prætorium decreta non ſint eluſoria.*
8 *Res diu litigioſa: efficitur iudicata,& cõtrouerſiarum finem accipit.*
9 *Ratio preteriti,futura ſcire facit.*
10 *A ſententia quæ nulla eſt:an prouocatio ſit nulla à iure permiſſa.*
11 *Priuatio præſupponit habitum.*
12 *Quæ incontinenti fiunt:creduntur in eſſe.*
13 *Sententia nulla eſt:& inualida, expreſſe lata contra leges.*
14 *Appellationis remedium eſt querela iniquitatis.*

CONSILIVM XXXIIII.

IN IESV CHRISTI noĩe amẽ: In facto proponitur:quòd formata fuit quædã inquiſitio per .d.præsbiterum Tibaldum de larocha,tunc in hac parte vicarium,& cõmiſſarium Reueren. in Chriſto patris.d.d.Epiſcopi terdonenſis, cõ
1 tra & aduerſus † præsbyterum Ioannem de payno canonicum in eccleſia.ſancti Laurentii de viqria, de non nulis aſſertis malefitiis,& delictis, (vt aſſeritur)per ipſum præsbyterum Ioannem perpetratis, & cõmisſis(pro vt in ipſa inquiſitione continetur).Quæ inquiſitio facta, ſupraſcripta, & ſubſcripta per Iacobinum de Bonamitis, tunc notarium dicti.d.Tibaldi vicarium & delegati antedicti.

Qui quidem præsbyter Ioannes tempore dictæ Inquiſitionis, & ante (vt præmittitur Contra eum formatæ) fuit, & erat perſonliter.detentus in carceribus dictæ terræ viqueriæ.Domusq; habitationis ipſius præsbyteri Ioannis in dicta terra viqueriæ ſyta: ſpoliata fuit omnibus bonis ſuis mobilibus,omniaq; ſua Benefitia quæ tunc habebat idem præsbyter Ioannes in dicta eccleſia.ſanti Laurentii, & in aliis eccleſiis ſytis in territorio dictæ terræ viqueriæ tunc apræhenſa & occupata fuerunt, & hodie occupata tenentur: dictisque omnibus ſuis beneficiis,dictus presbyter Ioannes ſpoliatus fuit.Super qua inquiſitione, nonnulli teſtes fuere recepti,& examinati per dictum presbyterum Tibaldum, & contra, & aduerſus ſupraſcriptum presbyterum Ioannem, pro vt patet ex proceſſu tunc facto,& formato contra prædictum Ioannem ſcripto & ſubſcripto per dictum Iacobinum de bonamicis. Super qua verò inquiſitione, tunc dictus presbyter Ioannes per ſupraſcriptum presbyterum Tibaldum interrogatus, & examinatus fuit: ipſique tunc inquiſitioni,idem presbyter Ioannes reſpondidit negando omnia in ea contenta:vera eſſe.

Quo anno,prefatus d. Epiſcopus ipſam cauſam dictæ inquiſitionis in Papiam reduxit, coram.d.presbytero Ioanne de la Gabella,tũc Virio prefati domi Epiſcopi, cognoſcẽdam & decidendam.Coram quo, tunc domino Vicario antedicto,dictus presbyter Ioannes produxit, & exibuit nonnulla capitula in cauſa prædicta, dictæ inquiſitionis,ad probandum de bona fama,& innocentia dicti presbyteri Ioannis,& ad purgãdum omnia,& ſingula inditia(vt præmittitur)recepta ſuper inquiſitione, ſuper quibus capitulis,nonnulli teſtes per ipſum presbyterũ Ioanuem producti fuerunt ad verificãdum prædicta. Ac ſcripta & ſupraſcripta per Antonium Paſſallaquã,tũc notarium prefati domini Vicarii(prout & de ipſis teſtibus conſtat publico exproceſſu.tunc facto:coram dicto Vicario.)

Demum facto dicto proceſſu, corã dicto.d. presbytero. Ioanne tunc Vicario antedicto:Prefatus dominus Epiſcopus tunc commiſit totã cauſam,& quæſtionem dictę inquiſitionis,venerabili,& egregio viro,domino Ioanni Andreæ de Caſtelliono.vtriuſq; iuris Doctori.decidẽdã cognoſcendam, & fine debito terminãdam:cũ omnibus & ſingulis deſcendentibus emergentibus & connexis,ab eiſdem quæſtione, & inquiſitione,(pro ut de ipſa commisſione publico cõſtæt inſtrumento)fieri rogato per dictum Antonium paſſallaquã notarium antedictum.Coram quo quidem domino Ioan.Andrea de Caſtelliono,commiſſario(vt ſupra)dictus præsbyter Ioannes tunc produxit & exhibuit quandã petitionem ſuam: in qua inter cætera,idem prę sbyter Ioannes cum inſtãtia petebat per dictũ commiſſarium,dictum præsbyterum Ioannem reſtitui debere ad dicta beneficia ſua, (de quibus ſupra)& eidem reſtitui debere omnia bona ſua:vt præmittitur,eidem præsbytero Ioanni ſpoliata & derobata in dicta terra viqueriæ: de quibus omnibus tã bonis, quam beneficiis, de quibus ſupra,ſpecialis mẽtio fit,etiã habetur dicta petitione.

Poſtea

Poſtea verò ſupraſcriptus pręsbyter Ioannes ad verificationem omnium,& ſingulorum,in dicta petitione contentorum:nonnulla capitula fecit coram tunc præfato domino Ioan. Andr. cõmiſſario,& iudice antedicto. Super quibus, quidem capitulis,dictus presbyter Ioannes interrogari & examinari fecit nonnullos teſtes, tunc ſcriptos & ſupraſcriptos. per dictum Antonium paſſallaquã notarium antedictum, (& prout de ipſis teſtibus conſtat ex proceſſu) Coram ipſo domino Ioan. Andrea facto ſcripto & ſupraſcripto per dictũ Antonium paſſallaquã. Qui quidem.d.Ioannes Andreas tunc iudex,& cõmiſſarius antedictus,prius viſis,& diligenter inſpectis,& examinatis ſupraſcriptis omnibus & ſingulis proceſsibus,iuribus,de quibus ſupra eius ſententiã diffinitiuam in cauſa, & quæſtione prædicta dedit,& protulit, & pronuntiauit. quam ſententiam,dictus.d. Ioãnes Andreas cõmiſſarius antedictus,pronũtiauit, & declarauit dictum presbyterum Ioannem fore, & eſſe abſoluendum ac reſtituendum ad dicta beneficia ſua:prout antedictam inquiſitionem erat:& eidem presbytero Ioanni dicta beneficia ſua fore,& eſſe reſtituenda,necnõ & ſupraſcripta omnia & ſingula bona,ſua in ſupraſcripta petitione contenta,& deſcripta, ipſumq; abſolu ndũ, & realiter abſoluit à dicta inquiſitione, & omnibus & ſingulis in ea contentis. Ac pronuntiauit ipſum presbyterum Ioannem fore,& eſſe relaſſandum à carceribus cõmunis Papiæ: in quibus dictus presbyter Ioannes tunc erat perſonaliter detentus tenipore prolationis ſentẽtiæ, & ante prout hæc & alia cõſtant publicis inſtrumentis ſententiæ præfati.d. Andreæ fieri rogatis anno curſo.Mccccxvi.die,& meſe in eo cõtentis,per Antonium de vegiis notarium Papię ac tunc notarium electum per dictum.d.cõmiſſarium in dicta cauſa.

A,qua quidem ſententia per tunc procuratorem præfati d.Epiſcopi,& eius ,pcuratorio nomine,prouocatum,& appellatum fuit (vt dicitur) coram præfato domino Ioanne Andrea. prout de prima appellatione cõſtare dicitur publico inſtrumento fieri rogato &c. Cuius quidem appellationis cauſa,per præfatũ.d.Epiſcopum,ſeu tunc dictum eius Vicarium,commiſſa fuit duobus ſuis Canonicis: qui quidẽ Canonici tunc cõmiſſarii,& delegati(vt ſupra)in dicta cauſa ipſius appellationis electi: ipſorum ſentẽtiam protulerunt(vt dicit abſente tamen dicto presbytero Ioanne,nec citato,& ipſo exiſtente in territorio aſtenſi:per quos Canonicos,aſſertos cõmiſſarios antedictos,eorumq; ſententia pronũtiatum,& declaratum extitit fuiſſe, & eſſe per dictũ procuratorem præfati domini Epiſcopi bene appellatum:& per præfatum.d.Ioannem Andream male fuiſſe iudicatum,& pronũtiatum:prout & de ipſorum Canonicorum ſententia conſtare dicitur publico inſtrumento fieri rogato &c.

Deinde verò poſt prædicta dictus præsbyter Ioannes litteras apertas obtinuit. à Sanctiſſimo domino Domino noſtro Papa &c.in quibus expræſſẽ continetur, quòd dictus præsbyter Ioannes reſtituatur addicta benefitia ſua:de quibus ſupra, & ad reſtitutionem prædictorum bonorũ ſuorum. At tamẽ dictus præsbyter Ioãnes adhuc vſq; nũc reſtitutus nõ fuit ad ipſa benefitia ſua:contra formam litterrarum prędictarum. Hinc quæritur, vtrum ſententia illa(vt præponitur) per dictum. d. Ioannem Andrea prolata: executioni ſit demandanda in omnibus & per omnia prout continetur in ea.Non obſtante illa tali quali ſententia in contrarium vt præponitur,per illos canonicos prolata?

Et videtur prima fronte,quòd non ſit aliqua liter exequenda obſtante illa ſecunda ſententia in cauſa appellationis aduerſus primam prolata:quoniam illud vulgo receptum eſt:quòd per
2 †appellationem extinguitur ſententia reuocabiliter tantum,ſeu ſuſpenditur taliter quòd partes per omnia redigentur ad ſtatum illum, in quo erãt nondum prolata ſententia illa prima. Nec licet alicui partium opponere aliquas exceptiones dilatorias, quas non licuiſſet opponere in cauſa principali poſt litem conteſtatam ante ſententiam,quaſi partes pet illam appellationem, non reducantur in ſtatu in quo erant ante litem conteſtatam.Imo dũtaxat poſt omnem proceſſum completum ante tamen illam diffinitiuam ſententiam. vt.C. de appel.l.iii.& de procur.l.ita demum.ff.ad turpilia.l.in fi.extra de appel.ſape.&.ff.de huis qui notan.infa.l. furti in princi.Quo fit vt iudex ad quem prouocatur: habita illa ſententia prima pro non lata. & perinde ac ſi numquam fuiſſet in medio: ſubrogetur totaliter in locum iudicis a quo.facturus in eadem met principali cauſa quæiudex ille primus rationabiliter & inſtẽ debebat facere:
3 quãquam ſepæ ſoleant † illi iudices in peius reformare prędecedentes ſententias bene prolatas vt ff.de appellat.l.i.in princi prævalet tamen illa ſecunda:quãquam bene latam in peius reformaſſet: & agitur ex illa ſecunda, etiam ſi foret prioris confirmatiua:non eo quòd eſſet appellatio deſerta:imo ſuggerente iuſtitia, vt legitur. C.de tempor.appellat.l.fi.§.illud.ff.ad trebel.l.ſi quis priore.præſertim noſtro in caſu, vbi quãquam illa ſecunda ſententia in notitia deueniſſe videatur dicti,præsbyteri Ioãnis:& nihilominus ab ipſa ſententia nihil prouocauit.Nam nõ
4 †appellando acquieuiſſe intelligitur illi tali ſententiæ ſecundæ. vt vulgo habetur.C.de poſtulan.l.i.quomodo & quam iudex ab eo iudicato de ſen.quæ ſine cer.quã.l.vltima.& de appellatio.l.hii qui ad ciuilia cum ſi.Nil igitur amplius de illa prima ſententia quærędum videtur imo ſcilicet, pro ſola appellatione reuocabiliter extinguitur,ſeu ſuſpenditur,ſequta tamen poſt

modũ

modum vi illius interpositæ appellationis.secũda sententia:præsertim illi primæ contraria,permanet inreuocabiliter, & perpetuo extincta:& prævalæt secunda.secundum iura vulgata superius inducta.quãuis enim illa appellationis causa fuerit agitata absente illo præsbytero Ioãne. nilminus videtur valere illa secunda sententia lata super appellatione:quoniam illud est singulare priuilegium ipsius causæ appellationis: quòd † quãdo agitatur altera parte absente,nõ est in huiusmodi appellationis causa, litis contestatio.necessaria.Imo valet processus, lite nõ contestata.& consequentur sententia superinde lata.vt dicta.l.illud.C.de tempo.appel.Rursum ipso ꝓuocato, seu appellato absente cum aliàs fuit in iuditio talis inquisitionis:non exigitur eius citatio in personam.imo satis fuit: quòd dictus præsbyter Ioannes citatus fuit ad ecclesiam,vbi debuit morari:seu ad loca alia,iure,vel sinodali constitutione ordinata pro citatione absentium facienda iuxta plenè suprascripta de eo qui mittitur ī possessionem.cã legis seruandæ.in c.vltimo in glo.& per Inno.& alios Canonistas &.C.quomodo & quã.iudex ab eo iudicato.&.l.fi.et.ff.quæ sent.sine appella: rescin.l.i.§.item cum ex ædicto.cum si.Talibus ergo citationibus etiam interuenientibus per emptoriis,licet non fuerit lis contestata:in illa appellationis causa voluisse videtur nihilominus illa secunda sententia & totaliter per eum retracta prima. Et consequenter prima fronte frustrà quæri videtur de illius exequtione.

Sed quippe verius reor oppositum.quòdq; non obstantibus supradictis concludendum veniat pro exequtione illius primæ sententiæ.ꝙ omnino sit facienda:non obstante illa tali quali protinus inualida secũda sentẽtia.quãuis enim absq; veri præiuditio dixerimus quòd terdonensis Episcopus cuius procurator, velut puta ad organũ appellauit pro ipso.d.Episcopo ab illa prima sententia ius habuerit appellãdi: qua si ipse inquisitor qui per suum inquisiuit delegatum : illa in inquisitione, nedum fungeretur iudicis vice: quinimo & acusatoris:suo ex officio procedentis. atq; vindictam iniuriæ per ipsum præsbyterum Ioannem sibi illatæ : prosequentis.Nec non & si supposuerimus quòd illa appellatio, quam non vidi : neq; aliquem eius processum, interposita fuerit pro ipso.d.Episcopo ad iudicem competentem, puta metropolitanã,vel curiam Romanam cum semper sit prouocandum non ad semet ipsum appellantẽ: imo ad eius,& iudicis à quo immediatum superiorem:
6 saluo in Papa † qui iure canonico quãuis interdum sit superior non immediatus,imo remotior,semper prouocari potest.vt extra.de appellat.si duobus & plenè per legistas.ff.de appella.l.i.§.si quis.&.l.Imperatores.De eo tamẽ non est dubinm : quòd illi canonici pro illa appellatione decidenda deputati, iudices fuere protinus incompetentes: & consequenter illa eorum scriptura in modum sententiæ prolata, (de qua supra :)fuit ipso iure inualida quoniam non refert in delegatis iudicibus, quòd aut careant omnino delegatione, vel quòd habeãt delegatiooem:& mandatum ab eo qui non potest delegare.vel mandare: & consequenter non tenet eorum sententia:velut à non competenti iudice lata.(vt ad literam legitur & habetur).C.si à non competen. iudice.l.si militaris iudex.& vbiq; per totrm illum titu.quo fit, vt cum illis canonicis minimè delegata fuerit causa illa appellationis per summum Pontificem, vel metropolitanum.domin. Episcopi Terdonensis, vel alium, suum scriptorem ad quem forsitan fuerat appellatum.imo dũtaxat per ipsum dominũ Episcopũ quem, nemo est qui nesciat,minimè fore iudicem competentem(vt in tali appellatione:quòd illa canonicorum secũdo pronuntiatio fuerit,& sit omnino inualida, & nullius momẽti:& veluti appellatione illa deserta, prima quasi in rem transiuerit iudicatã : sit totaliter exequẽda.Cũ vulgo sit receptũ;ꝙ appellatione,simul & si ponte,tam appellatus quam appellans prosequantur:& propaletur secunda sententia primæ contraria nihilominus illa secunda est nulla:nec per eam retractatur prima. imo illa secunda non obstãte,constat primam exequi oportere.vt hęc oĩa licet videre ad litteram in cle.si appellationem extra de appellatio post ergo illam primam sententiam,quę(ut
7 præfertur)taliter † transiuit in rem iudicatam: nil amplius quæritur, ne eluforia sint prætorum decreta.&c.vt.ff.de iudi.si prætor in princ. ff.de re iudi.l.post rem iudicatam.mandati si fideiussor.§.ĩ omnibus ad trebel.seruo inuito.§. cum prætor & dicta.l.ab eo iudicato &.l.fi.cum si.tali.n.iudicis pronuntiatione, res diu antè li
8 tigiosa,efficitur postst modum iudicata:† finẽq; contrauersiarum accipit.C.de seruis fugi.l.cũ seruum quispiam.de iudic.l.properandum.§.& si quidem.&.ff.de re iudi.l.i.cũ si. Probailiter & illud quoq; obici potest cõtra illã talẽ qualem, licet inualidam pronuntiationem secundã.quo
9 niam † præteriti ratio scire futura facit etiam, quia potest argui ex eo quod per iudicem solet fieri.C.de hiis qui per me.iu.non appella.& plenè per Bar.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori. ff.de ope.no.nuntia.quòd dicit præsbyter Ioãnes licet in processu dictæ appellationis, apparuerit de ipsius citatione peremptoria: quòd nihilominus fuerit,& sit inualida : veluti facta ad locum quo ipse presbyter Ioannes tutè non valuit,nec debuit accedere. quo etiam & si illa secunda pronuntiatio.aliàs non esset inualida:ex
10 eo tamẽ † esset ipso iure retractata:vt illa in vulgari Cle.pastora.extra de re iudi. Quibus fit ex omnibus,quòd ab illa secunda inualida sententia non fuit aliqualis prouocatio necessaria:licet enim inquit Inno,extra de appellatio.c.di-

lecto à sentẽtia quæ est nulla: quòd prouocatio sit licita,& à iure permissa:allegãs optimè.ff.de appel.si expræsim.vbi tex.supponit de tali appellatione interposita à sententia nulla quòd deseritur propter lapsum fatalium : & fingitur
11 † propter huiusmodi lapsum nõ appellatum:& consequenter extitit ibi expræssum quòd talis appellatio optimum,& validum habuit principium. Alioquim nõ perimeretur per lapsum fatalium.imo priuatio præsupponit habitum : secũdum iura vulgata. Allegat quoq;.ff.quæ sent. sine appella.rescin.l.i.in fi.vbi sententia in causa cõuentionis,& recõuẽtionis lata,est ipso iure nulla:& merito, quoniam secundum ipsum Inno.cum reconuentio immediatè post conuentionem sit facienda:illo tamen semper cum ordine,quòd qui prior appellat,prior agat &c.vt in authentico de executio.& hiis qui conueniũtur, & reconueniuntur.§.illud.& in authentica & consequenter.C.de sen.& interlo. omnium
12 iudi.& per consequens, cum quæ † in continenti fiunt:videntur inesse &c.ipsa conuentio.& reconuentio simul vnicum & indiuiduum credun tur esse capitulum dũtaxat, & non duo diuersa capitula.Pro tanto super mẽtione tantum pro lata non in totum,imo pro parte velut super re idiuidua, est ipso iure nulla.vt.ff.cõmuni diuid. l.in hoc iuditio.& quod legitur & not.in l.etiã. ff.de mino.&.C.si aduersus rem iudi.l.i.licet aliter dicat glo.in d.l.i.in fi.& nihilominus vult tex illa in l.i.in fi.magis fore, vt interponatur appellatio. Ad idem quoq; facit d.l.si militaris iudex in verbo etiam remota appellatione. Illa enim implicatiua etiam implicat appellari posse:nec ab re. Cum quæuis sententia nulla,hoc ip
13 so est inualida †:quoniam expræsse cõtra leges lata.Et idcirco manifestisimè patet quòd est
14 iniqua:nil aũt aliud est † appellationis remedium , quam querela iniquitatis.vt.ff.de appellatio.l.i.in princi.& de mino.l.præfecti. Bene ergo conuenit talibus sententiis ius appellandi: nilminus , licet possit ab huiusmodi inualidis sententiis appellari:potest tamẽ perpetuo(etiã remota appellatione) contrairi vt d.l.ii.C.si à non competen.iudi.& propterea notanter dicunt iura:quando prouocare nõ est necesse,supponentia appellari posse licet non sit necesse. Nil ergo obfuit dicto præsbytero Ioãni: quòd non appellauerit ab illa secunda sententia quæ nullius fuit momẽti: Multifatie igitur multisq; modis infertur, & pro prima sententia concluditur:quòd rectè executioni in totum demandabitur. Et ille præsbyter Ioannes totaliter iuxta tenorem dictæ sententiæ, in omnibus in integrum restituetur. Alioquin contra iudicem cõtrafacientem,esset vindicta:non solum extimationis dispendii , sed & discriminis litis.C.de pœna.iudi.qui male iudicauit.l.fi.

SVMMARIVM.

An emphyteuta possit soluere de moneta curren te tempore contractus.an verò de currente tẽpore solutionis,& secundum eius valorem?

1 *Emphiteuta an possit soluere de moneta currente tẽpore contractus: an de currente tempore solutione secundum eius ualorem?*

2 *Damnum emergens , si occurrit à tempore contractus, vel post, non culpa vel mora debitoris:an ipsi sit imputandum?*

3 *In obligationibus naturalibus ex contractu descendẽtibus:an vna sit obligatio pro omni tempore?*

4 *In vsufructu dies obligationis non cedit pro omni tempore: inde in omni re ad hæredem non transmissibili.*

5 *In contractibus, & obligationibus annalibus quare initium contractus inspicimus?*

6 *Moneta præsupponit certum pondus , formam & materiam.*

7 *Conuentio, vbi tacitè vel expræssè certum quid continet an secundum id obligatio committatur : & sequatur.*

8 *Conuentio certa dicitur, quæ certam continet quãtitatem forma, materia, & pondere.*
Conuentio certa illud facit esse ĩ obligatione : quod & inconuentione.ibidem.

9 *Obligatio certa , an rem , & bonitatem, incertam & indeterminatam, contineat?*

10 *Moneta si mutata vel diminuta sit ipsius valore: sola Principis , voluntate: & hoc ante tamẽ morã debitoris : an hoc damno ipsius debitoris contingat? remissiue?*

11 *Bonitas intrinsica in pecunia:est respectu solũ vsus: & extimationis & infra nu.14.*

12 *Moneta in totum reprobata: quæ contractus tempore currebat , an debeatur eius extimatio secuudũ cursum antiquum?*

13 *In spetiebus ex contractu debitis:res illa est signum demonstratiuum, quo obligatio ipsa sustentatur.*

14 *Solutione facta post moram debitoris an:extrinsecæ extimationis consideratio : quanti plurimi à tempore moræ valuerit:fieri debeat?*

15 *In obligationibus ex contractu descendentibus: obligationis initium inspicimus.s.vt illud in obligatione veniat quod in substantia, & intrinsica bonitate consistit.*

16 *Consuetudinis interpretationi est parendum.*

CONSILIVM. XXXV.

FACTVM Proponitur in terminis infrascriptis.Mccccxvii.die &c. inuestiuit ad fictum,& nomine ficti in perpetuum quẽdam &c.de &c.ad soluẽdum annuatim de dictis proprietatibus iacentibus in Ciuitate Cumarum libr.&c. tempore dictæ inuestituræ. Moneta tunc currens in dicta Ciuita

te

te Cumarum erat vnius valoris : demum anno-Mccccxx.illa moneta fuit per I.d.d.noſtrũ Ducem Mediolani reducta ad aliũ valorem,prout conſtat per eius litteras &c.

Ex prædicto themate nõ modica dubitatio inſurrexit:† An emphyteuta de moneta currente tẽpore contractus,& ad valorem eius ſoluere teneatur: An vero de moneta currente tempore ſolutionis cuiuſlibet anni poſsit ſoluerꝛ:& ipſe d.recipere teneatur?Et qñ hæc quæſtio quotidiana eſt & frequenter occurrit propter varias monetarum mutationes.Ea propter eſt in ipſa ſubtiliter intendendum præſertim, quia Doct. variè loquuti ſunt:& Bar.in l,Paulus.ff.de ſolutio.Cyn.& Pe.in l.cum quid ſi cer.pet.&.l.in minorum.C.in quibus cauſis &c.Primum quidem non immerito dici poſſet dictum emphyteutã de moneta currente tempore ſolutionis cuiuslibet anni poſſe ſoluere.Nec ad valorem monetę currentis tempore contractus ſoluẽdũ aſtringi poſſe.Hoc quippe legibus,& rationibus, nec non canonibus demõſtratur. Certum eſt quòd
a vbi damnum emergens † a tempore cõtractus, & poſt contractum occurrit nõ culpa, nec etiã mora debitoris:tale damnum ipſi nõ debet debitori imputari: ſed creditori.Sed damnũ prædictum ſeu diminutio monetæ cõtingit ex non culpa & mora debitoris ergo &c. Aſſumptum probatur in illis vulgatis legibus ff.ſi cer.pet.l. quod te.&.l.vnum de verbo.oblig.l.ſi ex legati cã.de actio.emp.l.ratio.§.ſi per venditorẽ. Minor probatur:& eſt nota.igitur &c.hoc confirmare videtur Bar.ff.de ſolutio.in.l.Paulus.& ibi plenè per ipſum,vbi dicit ꝙ ſi extimatio monetæ minuatur,ſeu augeat̃,& debitor nõ ſit in mora:quòd tunc diminutio non cõtingit ad damnum debitoris:ſed creditoris.Præterea certum eſt:quælibet libra per minutam pecuniam extimatur:& valet ſold.xx.Sed eadẽ eſt extimatio tempore ſolutionis,quę eſt tempore cõtractus, igitur tempus ſolutionis ſpectare debemus.ar. eorum quæ not.in d.l.Paulus per Bart.m in l.cũ quid.ff.ſi cer.pet.ad hoc facit cle.ſi beneficiorũ extra de decim.vbi decima beneficiorum alicui conceſſa ſolujtur ſecũdum quòd currit tempo
+ re ſolutionis.In contrarium tamen ſunt:vt videlicet tempus contractus ſpectemus,& non ſolutionis quòd de anti moneta quæ currebat tempore contractus:ſolutio fieri debeat: nõ autem de noua,hoc eſt ꝙ illæ libræ extimari debeãt ſecundum extimationem veteris monetæ currẽtis tempore contractus:nõ autem currentis tẽpore ſolutionis cuiuſlibet anni iuncto creditore,quod euidentisſimè comprobatur: certum
3 † eſt,quòd in obligationibus annalibus ex contractu deſcendẽtibus:vna eſt obligatio pro omni tempore,ita quòd ſemel cedit dies pro omni tempore.ff.de verbo.oblig.l.ſtichum.§.ſtipulatio.& quod not.per glo.C.de ꝑſcript.xxx.vel xl.annorum.l.cum notiſſimi.§.in hiis ſuper verbo cuiuſcũq;.§.ſic igitur principium obligationis,& contractus,ſeu inueſtituræ conſpicere debemus:ex quo vna eſt obligatio pro omni tem
4 pore.Fallit in vſufructu † vbi nõ cedit dies obligationis.quinimo quolibet anno,& idem ĩ omni re non tranſmiſsibili ad hæredem, vt.ff.quando dies lega.cedi.l.i.in fi.& ratio ĩ cotractibus, & obligationibus annalibus quare inſpicimus
5 initium † cõtractus:quoniam ab initio ſui ſubeunt vniformiter,& inuariabiliter certam formam.igitur &c.& hæc colliguntur ex dictis Iac. Butric.in quæſt.per ipſum diſputata.quæ incip. veterũ Piſanorum, hoc etiam confirmatur per ea quæ not.per glo.ſingularẽ.ff.quibus.mo.vſufru.ammit.l.is qui vſufructum in glo. quæ incipit. Sed an habeat &c.vbi glo.hoc expreſſè in-
6 nuere videtur. Primum † moneta præſupponit certum pondus,formam,& materiam, vt.ff. de conrrahen.emptio.l.i,Sed vbi conuentio cõtinet certum tacite vel expreſſè ſecundũ id cõ-
7 mittitur† obligatio,& ſequitur exactio.vt.ff.de verbo.oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.&.C. de ſeruit.l.per agrum.&.C.de ſeruitu.ruſti.prædiorum.l.certo genere.ergo non licet ſoluere aliam pondere,forma,vel materia. Præterea noua moneta,& antiqua nõ hñt oĩmodã. Similitudinẽ.imo differunt.p augumẽtũ & diminutionem.vnde vna pro alia non ſoluitur:nec hinc refragare videtur.l.ii.§.mutui.ff.ſi cert.peta.quia ibi propter omnimodam ſimilitudinem videtur non alia,ſed eadem.In caſu autem ſecus,fortiusq; iſtud probatur:videlicet quòd de moneta antiqua ſolutio fieri debet,& nõ de noua.Nã
8 conuentio dicitur certa † quæ continet quantitatem forma,materia,& põdere, & facit illud eſſe in obligatione:quoſi eſt in cõuentione.ergo venit iure actionis.quia ibi eſt intrinſeca bonitas quæ ad tempus cõtractus referri debet.ff. mand.l.hominem. Sed ſi mutatione ſequuta pecuniæ eſſet obligatio variabilis:non põt alterare obligationem,& ſolutionem.Non ſic quãdo
9 obligatio eſſet certa † rem,& bonitatem incertam,& indeterminatã nõ contineret & vt.ff.de ſolut.l.qui hominẽ.§.fin.inſtit.de actio.§.ſi quis generaliter.ff.de eo quod certo loco.l.ii.&.d.l. cum quid.ff.ſi cer.pet.&.ff.de verbo.oblig.l.vbi autem non apparet §.qui id quod & optimè facit extra de cenſibus.c.olim,& ita not.Panor.in cle.ſi benefitiorum de decim. quod confirmat. Specu.tit.de ſolutio.§.nunc aliqua. verſic.pone inſtrumenta. & ibi etiam Ioan.And.in additio. Specu. Ad prædicta omnia faciunt notata per d.Anto.de Butri.ſecundum Odofr.in c.quanto de iure iuran.in verſic. tertius caſus. vbi inquit
10 o quòd ſi pecunia † in ſolo valore eſt mutata,ſeu diminuta,etiam ante moram debitoris,ex ſola voluntate Principis:quauis occaſione, quòd debet hoc contingere damno debitoris:& nõ creditoris. Adeo quòd reddi debet, ſeu ſolui in extimatione antiqua:quoniam in pecunia boni-

+ Socin. Bald. cons. 499 col. vol. lib. 1° Signorol cons. 74 totũ

11 tas reſpectu pecuniæ,† eſt ſolum reſpectu vſus: & extimatur.ita quòd hæc poteſt dici intrinſeca bonitas.quia eſt de fine,& principali effectu pecuniæ.Ideo in illa bonitate debet ſolutionē facere quæ erat tempore cōtractus, ſeu eius extimationē.Præterea ſi pecunia in totum repro-
12 bat:† quæ in tempore contractus concurrebat debetur eius extimatio ſecundum curſum antiquum (vt omnes Doc. concludunt) per.l.elle ganter.§.qui reprobas de pigno.act. & per ea quæ nota.Bart.in l.Paulus.ergo & idem quādo in parte reprobatur, ſeu diminuitur argu.ff.de rei ven.quæ de tota.&de offi.deleg.c.paſtoralis §.i.per hoc facit dictum.c.olim de cenſibus cū ſim.& quod not.per glo.extra de offi.ordinan. c.conquæreti.in glo.ſuper verbo duos ſolidos. vbi inquit glo.ſinodaticum ſolui debere ad monetam antiqnam.& ſecundum extimationem illius monetæ quæ antiquitus & ab initio cōſueuit ſolui niſi præſcriptū fuiſſet ſolutioni prædictæ per dictum.c.olim.S.allega.

Non obſtant modo in contrarium allegata: primo,dum dicitur, quòd dumnum cōtingens ante culpam, ſeu moram debitoris ipſi creditori & non debitori imputari debet &c.Reſpondetur, quòd illud vendicat ſibi locum in ſpeciebus ex contractu, vel ex aliā cauſa debitis in
13 † quibus obligatio retro trahitur: adeo quòd in illis res ipſa eſt ſignum demonſtratiuum in quo ipſa obligatio ſuſtentatur:ſeu contrahatur vt.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.Vnde ſufficit in eadē ſubſtantia.& bonitate rem reddi: licet extimatio extrinſeca variatur.vnde ſi mutuo decem corbas vini veteris, & puri:ſufficit,ſi reddatur antiquum & purum:non attenta varietate extimationis extrinſicæ.dum modo ante moram debitoris, hoc contingat: ſecus ſi poſt moram
14 fiat ſolutio †: quia tunc extrinſecæ extimationis fiet conſideratio. ita quòd quanti plurimi valuerit à tempore moræ: debetur,vt.l.vinum.&.d.l.ſi ex legati caula cum ſi.Secus autē, impecunia, ſeu quantitate pecuniæ.vbi conſideramus bonitatem intrinſecam ipſius pecuniæ reſpectu vſus & extimationis: ita quòd illa poteſt dici bonitas intrinſeca: quia eſt de fine, & principali effectu pecuniæ.propter quod illa bonitate intrinſeca reſtitui debet.quę erat tēpore contractus:cum illa in obligatione venerit: igitur tempore nō debet nec etiam facto alterius arg.de actio.& obli.l.obligationum.§.placet.& ſupra.eſt probatum: & per hoc etiam ad alia reſponſum eſſe videtur:& patere poteſt.Nec dictum Bar.in l.Paulus,quidq; facit cum ſege:nec ratione comprobatur.quinimo confuſè loquitur(vt ibi patet)Non obſtat cle.ſi benefitiorū de decim.quoniam illa decima non debetur ex contractu: nec hominis obligatione:nec perpetuo.Vnde nimirum, ſi ſolui debet in illa pecunia quæ currit tēpore ſolutionis: & præſertim, quia in ſolutione decimæ ſic propria in fauorem eccleſiarum, & clericorum.quos grauauit in ſolutione decimæ ita determinauit.Sed in obligationibus deſcendentibus ex contractu, in quibus obligationis initium inſpicimus vt il
15 lud in obligatione venerit † quod conſiſtit in ſubſtantia, & bonitate intrinſeca aliud eſt cenſendum vt obligatio ſemel & vno modo contracta per ipſius monetæ mutationem minimè varietur.vt ſupra ſatis apertè videtur concluſum.

Quibus ex omnibus arbitror concludendū fícti prædicti ſolutionem ad monetam currentem tempore contractus fieri debere:non autē ad monetam mutatam. Et per conſequens ſi illa antiqua eſt mutata in valore: ſolutio fiat anti
16 quæ monetæ.Niſi.† aliter conſuetudo interpretatur.Cui foret parendum.vt.ff.de legi.l.de quibus &.l ſi de interprætatione.& facit ad prædicta dictum.c.olim &.c.cum canonicus de cenſibns & quod not.in.c.ii.de maledict.& de iudeis.c.ii.cum ſi.&c.Et ita dico,& conſulo,& ita iuris,& de iure teneo,& eſſe cenſeo.

SVMMARIVM.

An cognitio contractuum ſimulatorum ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum,an ad ſecularem. Et an interloquutoria ſuper non iuriſdictione lata quo ad iudicem ſit diffinitiua?

1 *Cognitio contractuum ſimulatorum an ad iudicem eccleſiaſticum: vel ſecularem ſpectet?*
2 *Interlocutoria quo ad iudicē lata: an ſit diffinitiua?*
3 *Crimē vſurarium: an eccleſiaſticū dicatur & nu. 2.*
4 *Vſurarū crimen an corā ſeculari iudice agi poſſit.*
5 *Crimen vſurarium punitum per iudicem eccleſiaſticum: an & per iudicem ſecularem etiam puniri poſſit? remiſſiue.*
6 *Occupantis melior eſt conditio.*
7 *Vſuræ iure ciuili, an etiam interdictæ reperiantur?*
8 *Vſuræ quare de iure ciuili permiſſæ fuerunt?*
9 *Vſuras lex ciuilis, omnino nō prohibet.*
10 *Ille contra quem vſurarium crimen cōmiſſum eſt: electionem habet agendi de tali crimine, coram iudice ſeculari, vel eccleſiaſtico & infra nu. 13.*
11 *Leges non dedignantur ſacros canones imitari.*
12 *Crimen vſurariū eſt mærè eccleſiaſticum, nō ciuile.*
13 *Vſuræ an peti poſſint coram iudice ſeculari?*
14 *Leges an vſuris pœnam imponant?*
15 *Hæreſis examen remotum eſt à iure ciuili.*
16 *Plus attēdi debet quod verè: q̄ qđ ſimulatè agitur.*
17 *Actor forum rei ſequitur.*
18 *Ex facto ius oritur.*
19 *Quæſtio nihil aliud eſt, quàm dubitabilis propoſitio.*
20 *Sententia nihil aliud eſt quàm litium finis.*
21 *Vtile per inutile vitiatur.*
22 *Iudex ſecularis cognoſcit tantummodo nudum factū ab oī re apoſtolica: & ſpiritualitate abſtractū.*
23 *Cauſa ſpiritualis, an ad ſe trahat aliam temporalē?*
24 *Iudex laicus an in voluntaria iuriſditione, poſſit ſe ingerere in rebus ſpiritualibus?*

laicus.

25 *Laicus,qñ ĩuitus ad iudicẽ eccleſiaſticũ trahi poſſit?*
26 *Iudex functus officio ſuo : non poteſt amplius in ſe cauſæ cognitionem reaſſumere.*
27 *Litigantibus, an liceat ſemper volũtatem mutare?*
28 *Snĩa interlocutoria , an contra iudices ius faciat?*
29 *Leges ciuiles canonibus quãdo indiſtinctè ꝓualeãt?*
30 *Interlocutoriarum proprium eſt:quòd ab ipſis minimè appelletur?*
31 *Interlocutoriã,an ĩdiſtinctè iudici liceat reuocare?*
32 *Interlocutoria ſemper eſt reuocabilis:diffinitiua verò nunquã.*

CONSILIVM XXXVI.

IN IESV CHRISTI noĩe Amẽ. In facto ꝓponitur.quòd duæ ſorores filiæ quõdã,& hæredes Antonini de michaelibus filii quondam & hęredis Dãnini ciuis laudenſis, Egerunt coram iudice layco contra Bonatum & Lodouicum fratres,de dentibus filios quondam & hęredes Ambroſii dicti Bruxe de dentibus ad certam annuam præſtationem ficti &c.Et finaliter ipſi fratres conuenti oppoſuerunt multas exceptiones:& inter alias,quòd inſtrumentum liuelli eſt fictitium,& ſimulatum, & in fraudem vſurarum confectum.† Et re vera, licet illa bona fuerint ſimulatè, & fictitiè tam vendita quam alienata(vt ſupra)tamen inter ipſos contrahentes actum fuit mutuum certæ quantitatis mutuo datæ per dictum quondam Danninum dicto Ambroſio ſub vſuris (vt ſupra) ex cauſa cuius mutui ſupraſcripta bona fuere dicto Dannino data pignori &c.prout plenius in ſupraſcriptis exceptionibus.& ſuo libello recõuentionis cõtinetur de quibus apparet in proceſſu.Quòdq; fuerunt receptæ per dictum olim Danninu nomine dicti ficti.licet dicatur re vera fuiſſe vſuras maximas denariorum quantitates , aſcendẽtes vltra ſummam veri debiti in modum prætii bonorum prædictorum. Et ideo animo reconueniendi dictas ſorores(vt ſupra) petunt debere condemnari ipſas ſorores: & cõdemnatas compelli ad dimittendum ipſas proprietates, & bona &c. Et prædicta fuerunt coram iudice laico actitata. Porrò factis probationibus hinc inde, corã dicto iudice:& iã factis allegationibus pluribus vicibus corã dicto dño iudice.imo nõ ſub ſiſtente de tẽpore inſtantiæ niſi vno aut duobus diebus vtilibus.Pars rea,& quæ reconueniebat partẽ actricẽ: comparitionem fecit coram præ dicto dño iudice laico:opponendo exceptionẽ declinatoriã,& petendo ſe remitti ad iudicẽ ecclęſiaſticũ , tanquam huius cauſæ cognitioré, & ad cuius forũ ſpectat cognitio & deciſio ꝑdictæ qõnis. Ad huncq; etiam iudicem eccleſiaſticũ videlicet d. Vicariũ dñi Epiſcopi laudẽſis: Et parte incitata impetrauit ipſa pars rea quãdam inibitoriã † parte dicti d. Vicarii directiuã ꝑdicto iudici laico:narrãdo de cõparitione facta per dictã partẽ reã &c.Et ſimiliter inibendo dicto iudici laico ꝙ ſe nõ intromittat de cognitione & deciſione dictæ qõnis ſeu qõnum &c.& ꝑtes ad ſe remittãt. Et ꝑdicta facta fuerũt ipſis ſororibus,nec dicto iudice laico citatis.Ex quo ꝑdictus iudex laicus ꝓnũtiauit ſe nõ fore iudicẽ cõpetentẽ:& ꝑtes eſſe remittẽdas ad iudicẽ eccleſiaſticũ. Ipſæ verò vxores ſupplicauerũt d.d.noſtro in forma cõueniẽti. Ad quarũ ſuppli catione ꝓlatus.d.d.noſter mãdauit ꝑdicto Vicario dñi Epi laudẽſis ꝙ ſeruando decretũ ſuũ, de quo ſupplicatio faciebat mẽtionẽ: deberet tollere dictã inibitionẽ.ſi de iure veniebat reuocãda:qa ſcripſerat Ptãti ſuo laudæ ꝙ nõ obſtante dicta ꝓnũtiatione iudicis incõpetentis debere ad ſniam diffinitiuã ꝓcedere. Viſo igit libello,& rñſione inde fãcta:in qua eſt dicta recõuentio,& ſubſequutis ex inde. Quærit primo vtrũ inſpecto iure cõi:qõ remittẽda ſit ad eccleſiaſticũ iudicẽ:An verò decidi debeat,& determinari ꝑ iudicẽ laicũ? Eo maximè qa ꝓuenit.cũ corã eo dudũ ante inibitionẽ facta fuiſſet recõuẽtio: & quaſi finita.ita ꝙ ſupinde nõ reſtabat niſi ſnĩa cũ iã concluſum foret in cã:& cõſequẽter contrario imperio reuocãda ſit illa inibitio . Secundo,nũquid obſtãte decreto,ſaltim iudex eccleſiaſticus nõ poſſit ſe ĩtromittere: ꝑſertim obſtãte illa iudicis ꝓuẽtiõe? Tertio,ꝙnã erũt a mõ futuræ ꝑtes iudicis laici ĩ pricipali qone:Nõ obſtãte ſua ĩterlocutione ꝓlata,rõne ĩcõpetẽtiæ.

Redeundo ad primum dubium:illud mouet
3 quæſtionem † quòd crimen vſurarium eſt eccleſiaſticum:vt legitur & per glo.not.xi.q.i.in ſumma.& extra.de for.compet.cum ſit generale.& de offi.ordi.c.i.arg.etiã extr.de iudic.c.diſpendioſam.in Cle.& ibidem tangitur in glo.Ioan. And.Et conſequenter videtur tractandum dũtaxat coram iudice ecclaſiaſtico vt.vi.q.ii.c.i.

Cęterum Vgonis & Laurentii antiqua fuit opynio.quòd & ſi crimen illud ſit eccleſiaſticũ: quo etiam contra laicum valeat iudex eccleſiaſticus de eo ſuum facere proceſſum : Nilminus vſuræ repeti poſſunt contra laicum quãuis extortæ ſint ĩfra legitimum modum.etiam per ſe
4 culare iudiciũ,& ꝑ cõſequẽs † agitari corã eo iudice ſeculari illud crimẽ eccleſiaſticũ arg.de iu. iur.ad materiã lo.ii.quorũ ſniam aſſerit Archi. xiiii.q.iiii.quid dicã ſecũdũ Gof.velut verã:reiectis oĩbus aliis tenendã,ꝙꝙ licet crimẽ vſurariũ velut eccleſiaſticũ ſpectet ad ipſam eccleſiã:extra de vſu.cũ tu.&.c.qa in oĩbus.laici tñ corã ſeculari,clerici verò corã eccleſiaſtico iudice pñt cõueniri,& hoc notauit Gof.extra de for.cõpe. Cũſit generale.& Vicẽ.& Ber.ibidẽ. Idẽ quoq; poſt longam diſputationem finaliter approbat Ioã.mona.extra de vſu.ſuper rubrica lib.vi.Cõcludens quòd licet foret huiuſmodi † crimen
5 vſurarium prius punitum per iudicem eccleſiaſticum:poſſet tamen poſtmodum puniri per iu-

dicem ſecularem,ſaltem in eo quod excedit. Et ſi obitiatur quomodo puniet laicus iudex,ſi nõ eſt de foro ſuo. Sol.dicit ipſe.imò eſt:quia vtroque iure ſunt vſurę prohibitę. Nouum igitur fo
6 rum foro reperitur adiectum ſecũdum eũ † Vnoccupantis melior eſt conditio.ff.de iudi.ſiquis poſtea. Cæterum,quod addit.Ioan. mona.puta quòd vſuræ ſint prohibitæ de iure ciuili:non ſine dubitatione procedit.eo quòd illud eſt ī maxima quæſtione(videlicet vt præfertur.)An vſuræ etiam ītra legitimum modum ſint ſaltim hodie & iure ciuili prohibitæ?Ita quòd nullatenus debeantur hodie:nec ciuili iure,ſicut nec antea diuinitus: Cum & ſi Azo fuerit in opinione in
7 ſumma de vſu.in prin.† quòd forent iure ciuili etiam inter dictæ.Cuius ſententiam tenet glo. antiqua Acur.C.de vſu.authen.ad hæc & in tit. de eccleſiaſticis tit. Nil minus additio noua in l.cũctos.populos.ſcripta C.de ſumma trinit.& fide cato.inibuit contra quòdq; Iuſtinianus recipit illa quatuor conſilia quod attinet ad fidẽ, ad quam iuuandum & augendum principaliter fuerunt ad inuenta,non quòd de intẽtione Iuſtiniani fuerit per approbationem illorum cõſiliorum prohibere vſuras:præſertim cum(vt legitur)xlvii.diſt.c.quoniam illa ī nicena ſynodo videtur clericis fœnerari interdictum tantummodo quod de facili,illud potuit Iuſtiniano videri conceſſum laico,ex eodem conſilio.præci-
8 puè,cum illud ſit publicę vtilitatis † vt furta effugiantur,& rapinæ propter quod iquit glo.in decretis diſt.x.c.i.quòd quamuis mirum ſit,cũ Iuſtinianus fuerit valde catholicus Imperator: qualiter ſtatuerit poſſe fœnerari contra legem diuinam?Sed reſpondendo,dicit quòd ignorãter fecit:& ideo veniam meruit, ſubdens quòd illud pro tanto promiſit vt vitarentur grauia.ſ. rapinæ,& ſimilia (vt ſupponitur) Caritate vſq; tunc inter homines valde mortificata. Nec mirum ſi ignorauit fœnus lege diuina iterdictum: maxime cum vetus teſtamẽtũ apud eos adhuc non eſſet trãſlatũ. quinimo illæ auctoritates veteris teſtamenti non erãt ſine ambiguitate aliter vſque tunc non declaratæ:quòdq; illud non nouit.imo quòd eius mens fuerit vſuras concedere iuxta tamẽ legitimum modũ, ſatis patet. Cũ & ſi dudum antea approbaſſet illa quatuor conſilia.vt.C.de ſumma trini. & fide catho.l.ii. & in Epiſtola inter claras.& de here.l.quicunque. Nihilominus poſt in l.eos.C.de vſu.eas permiſit. Amplius,vt dicunt glo.eas permiſit illo in titu. de eccleſiaſticis titulis.§.ſi quis autem, quanquam cum peccato,& in caſu hodie prohibito.& poſt modum in tit.de nau.vſu.quod nec hodie licet,vt extra de vſu.c.ſicut nauigãti.quinimo quaſi omniũ Doctorum eſt hæc opinio
9 communis † quòd vſuras omnino non prohibeat lex ciuilis. Tutior ergo videtur Vgo:& Laurẽtii;opinio fortificata vt ſupra,videlicet.quòd licet quæſtus fœnoris ſit crimen eccleſiaſticum

10 tantum.† Electio tamẽ ſit eius aduerſus quem illad crimen commiſſm extitit:proponendi de eo,tunc coram quo iudice velit, eccleſiaſtico, vel ſeculari:ex quo id non prohibetur aliquo iure Canonico,nec ciuili.iudex tamen laycus rectè(vt præfertur)aditus in hoc ſeruabit Canones,& nõ leges.quia agitur de peccato extra de præſcript.quoniam omnes,& quod legitur extra de ope.no.nun.c.i.& per Bar.in l.naturaliter ff.de vſucapio.& extra de arbi.c.fin.lib.vi.Cum
11 hoc enim caſu,non dedignentur † leges immutari ſatros canones.vt d.tit,de eccleſiaſti.ti.&.l. omni nouatione ceſſante.C.de ſacro ſanct.ec-
12 cle.Crimen igitur vſurarium † merè eſt eccleſiaſticum:& non ciuile. ſecundum hanc ſententia quod eſt multum vtile, cum aliàs de eo non poſſet iudex eccleſiaſticus contra laycum procedere,vt legitur & not.in dicto.c.i.vi.q.ii. Prodeſt & ad aliud, quia cauſa huiuſmodi criminis cum ſit eccleſiaſtica:potius locus eſt iuramento.veritatis,quam de calumnia,vt extra de iura iuran. ex litteris. Amplius ſi præallegatæ opinioni Ioan.mona. inhereremus: multis.(vt præfertur)ſuffultæ auctoritatibus, quia poſtea legalis ſupuenit prohibitio huius criminis: nil prohibet quin crimen illud nouum ſit ſortitum forum:& per conſequens ſine dubio relinquit illud primum quæſitum. Quòdq; proculdubio valìdum extitit iudicium coram eo iudice laico acceptum,& conſequẽter eius potior eſt cõditio. Nil igitur valuit ſequens iudicis eccleſiaſtici inibitio.imo velut indebitè facta, tollenda eſt contrario imperio. Quid plus procedit illa dubitatio quoties ſuppoſito facto pro conſtanti,& indubitæto, reſultat ex eo iuris quæſtio.i. an facto ex illo certo ſequatur vſurarii criminis recta illatio, vel alterius rei ſpiritualis. vt ecce ſuppoſito conſenſu pro certo inter marẽ & fœminam reſultat iuris quęſtio:puta,an aliquo impedimento allegato,non obſtãte, matrimoniũ reſultet ex inde:vel ſi ſuppoſito inter litigatores contractu aliquo pro certo: inter eos pendet iuris quæſtio.ſ.An huiuſmodi cõtractus fuerit in fraudem vſurarum confectus. Locum habet inſuper illa dubitatio,quotiens ſimul iuris, & facti veritatis quæſtio.vt puta, cum & de facto inter litigatores eſt quæſtio. Nec non,quoniam factum illud talis eſt conditionis, quòd adhuc eo pro certo ſuppoſito:probabilis eſt dubitatio de crimine vſurario,an emerſerit illo ex certo facto?vt per multa eſt facile videre exẽpla:quæ omittantur breuitatis gratia.tunc glo. in dicta clem. diſpendioſam in verbo vſuris ad principium ſatis bene innuit illud pertinere tãtummodo ad examen eccleſiaſticum, ibi cum glo.inquit quòd vbi debitor nõ ſimpliciter excipit,ſed pronuntiari petit contractum factum in fraudem vſurarum, procedit illa conſtitutio quaſi dicat quòd illud ſummariè & ſine figura iuditii venit expediendum: quoniam non eſt

ſub

sub alio iudice quam ecclesiastico ventilandum quãuis dici posset glosam eandem illo versiculo nihil facere ad quæstionem. Cum enim illo casu, illud solum respondeat. s. quòd tunc procedit illa constitutio, i. quòd causa est summaria: puta quòd quando in foro ecclesiastico contingit ipsius causæ propositio. Nam (cum vt dictũ est) actoris est eo casu electio, in quo foro fiat illius causæ examinatio Certe inquit glosa illa, quòd est summaria: quoties fuerit fori ecclesiastici electio facta: non abnegat tamen quin & coram iudice seculari possit agi. Sed hanc sententiam apertius innuit glo. illa in fi. cum impugnata Hugu. & Laurentii opinione. Cum finaliter videtur ipsam glosam iherere illi sentẽtię. s.

13 quòd vsuræ non † possint peti coram iudice seculari. quam & eo casu sequitur Pau. in cle. ex grandi de vsu. in glo. repetentibus. Nec non nouissime aliqui moderni. s. Bar. & Bal. ff. sol. mat. l. titia: &. C. de sacro sac. eccle. omni nouatione cessante. Nil tamen boni pro hoc allegant ipsi moderni. s. Pau. Bar. & Bal. sed id quod contra Hugo. & Laurent. addit glo. illa in verbo vsuris de facili. potest tolli. quãuis enim. c. ad nostram lo. ii. non ponat verba Papæ. sed partis iurantis. Crædi tamen minimè opportet. frustra in iuramento insertum de iudice laico. si de iure corã eo non esset posibilis vsurarum repetitio. Vnde satis probabiliter concludit quòd actoris est electio in quo pro vsurarũ repetitione agat foro. Meritò necessarium fuit vtrunq; adici in iuramento: & consequenter facit optime pro Hugo. & Laurent. opinione. illa auth. subsequens: allegatio contra illam opinionem facta ibidem in glo. dictæ clementinæ dispendiosam nil aliud concludit, nisi quòd causa vsuraria est ecclesiastica: quod nec negatũ est supra. & consequenter non est contraria. Deniq; responsio

14 data ad id quod dicitur quòd leges etiam † in vsuris pœnam Imponunt. loquitur de hæresi, vbi agitur de fide christi. Cuius examen magis

15 remotum est a foro ciuili † quam vsura: quæ cõuincitur in re prophana &c. Vnde finaliter adhuc hiis casibus defensatur conclusio prius electa. Quòd si inter litigatores nulla vertitur iuris controuersia sed potius dũtaxat facti verbi gratia, quia inter litigatores contenditur vtrũ de facto inter eos simuletur & re vera ageretur

16 pignoris datio: quasi † plus valeat & attendi debeat quod agitur &c. sicut hic fuit tunc disputatio illa relinquitur cognitioni iudicis laici. quo casu, vt inqnit Pau. vbi supra absq; dubio placet Hugo. & Lautent. præallegata opinio. quorum opinionem etiam eo casu approbant illi moderni, ac Doc. iuris ciuilis: vt Bar. & Bal. in d. l. titia & .d. l. omni nouatione cessante. Etenim talis quæstio facti abstracta ab omni tam iure speciali, quam ecclesiatico, meritò cognitioni iudicis laici non contradicit personarum, nec causæ condictio. Vnde infertur necessario secundum iuris ordinem, generalemq; regulã,

17 † quòd actor forum rei sequitur Nam profectò hinc non versabatur iuris quæstio, sed facti. Quis enim tam supinus foret: qui contractu pignoratitio constante procerto, dubitaret de vsurario crimine non cõmisso? Certe nemo, quoniam quidquid accedit sorti &c, Fraudis autem vsurarum mentio hic facta fuit in libello non simpliciter, & propter se, sed secundũ

18 quid, & consequtiue. quia † ex facto ius oritur ideo mentio illa non attenditur. &c. secundum iura vulgaria. Meritò illam non attendit Bar. in d. l. titia dicens quòd facti est: & non iuris quæstio illa. vbi actor in libello de dimidia parte pecuniæ tantum numerata, reliqua in fraudem vsurarum adita. Intelligitur enim superueniens litis contestatio facta de eo quod principaliter quæritur: & sententia proinde lata adeo quòd ius non efficit ipsa sententia nisi in eo, non autem de eo quod ĩcidenter & propter aliud profertur. secũdum Guliel. in simili & in Specu. de positionibus. §. vii. iudex occurrit versi. xi. considerandum est eod. tit. supra proxi. §. versic. item non est, & scribit ad plenum Inno. extra de causa proprie. & pos. c. cũ ecclesia, ad fi. apparatus. Præsertim cum in ea qualitate, facto supposito, certa sic & indubitata iuris dispositio: & consequenter fatuè fieret de eo quæstio. cũ nil aliud

19 sit † quęstio quàm dubitabilis propositio. C. de fur. l. ancillæ subtractæ &c. Quinimo & si modo ea reciperetur in litis contestatione interpretatio: videlicet quòd fieret negatio primum. de facto. s. quòd nõ esset simulata. imo vera venditio. Secundo, de iure. s. quòd & si esset contractus pignoratitius: negaretur tamen vsurarius: non valeret illa contestatio, iudicium, nec sententia super iure illo certo, & indubitato. argu. ff. de auro & argen. leg. ornamentorum. Cum enim de tali iure non possit lis, nec controuersia esse. imo certis ex legibus, siue tales controuersiæ finitæ tunc sententiæ proinde latæ, sunt inualidę: sicut & illæ quas aliàs contingit post aliam sententiam proferri. vt. C. quando prouo. non est

20 neces. l. i. Nam nil aliud est † sententia quam finis litium. vt. C. de ser. fugi. l. cum seruum. &. ff. de re. iudic. l. i. Pro tanto exigitur præcedens litis materia de re dubia. argu. ff. de transac. l. i. & .l. post rem. ff. de condic. indebi. l. eleganter. §. si quis post. cum si. vnde non opportet de tali contestatione curare. Quid plus, adhuc si pertinaciter diceretur quòd illa contestatio posibilis esset super iure certo, & inualida coram incompetenti iudice facta: illa modernorum opinione. inspecta. Adminus coram illo iudice laico procederet iudicium super facto, & teneret sententia lata super eo: licet foret nulla in alio pũcto.

21 quia † vtile per inutile. &c. arg. ff. de minor. l. etiã §. i. cũ similibus. Deniq; licet prima facie videatur Bald. in hoc, Bar. contrarius: primitus in d. l. titia. &. d. l. quotiẽs. &. l. omni nouatione cessan-

te.

te.illud tamen recte intuenti,non est verũ : imo quod subicit ibidem Bal.venit ad Bartoli optimã limitationem.s.veram tunc esse Bar.opinionem quotiens proponitur nudum factũ ab om
22 ni re ecclesiastica † nec nõ spiritualitate abstractum sit hic.& tũc iudex secularis cognoscit tm̃ arg.ff.de cõdic.inde.l.si non sortem.§.in princi. Si autem includit spiritualitatem saltim de necessitate,& consequenter etiam quæritur de re spirituali.tunc non potest secularis iudex cognoscere.imo ecclesiasticus tantum.Nam quia
23 tunc inseparabiles sunt huiusmodi causæ † causa spiritualis trahit aliam ad suum forum vt extra.de ordi.cog.tuam.& qui fi.sint legit.lator. &.c.tuam.& optimè extra de sent.excõmunic. c.si iudex laicus.lib.vi.Aliãq; tandem adducit limitationem idemmet Bal.in d.l.titia cum fi.secundum Guliel.in Spec.in tit.de conuentio.& reconuen.§.nuc dicamus versi.sed nunquid in quo etiam prima fronte videbatur Bar.contradicere in d.l.omni nouatione cessante.quæ re vera non est contrarietas:sed alia limitatio pulchra.Cum enim superius Bar.referendo, dixerat de causa spirituali nec de mærè ecclesiastica laicum posse ab qualiter se impedire: addicit illud verum esse in modum contemptiosæ iurisdi
24 ctionis.secus in voluntaria iurisdictione.† Vnde tenet confessio facta de plano coram ipso. Breuis igitur ex iam dictis omnibus est conclusio: Quòd aut quæritur de iure tantum:& tunc refert.An per modum iurisdictionis contemptiosæ,aut voluntariæ:Aut simul de facto, & de iure velut inseparabili,& idem.Aut de facto tantum, & illa non est causa vsuraria.ideo recte
25 apud iudicem laicum venit tractanda.† Nec tunc posset laicus trahi inuitus ad iudicem ecclesiasticum.Quibus quidem ex omnibus patet primus articulus.Quòdq; cum illi fratres de dentibus,vsq; in exordio litis, sponte eligerint iudicem laicum:reconueniendo illas sorores super simulatione illorum contractuum:frustra postmodum reuocare voluerunt forum: illam declinatoriam causæ vsurariæ obitiendo coram iudice laico.Et tandem inibitionem iudicis ecclesiastici implorando : præsertim cum satis appareat de eorum malitia, & dolo : tãtũ hæc differendo.quòd cognouerunt in illa exceptione vsuraria ius non esse pro ipsis talia agẽdo : non nisi causa morandæ solutionis debiti, quo debent protinus repelli,& illa inibitio quatenus de facto processit maxime non citato iudice laico,neq; parte, de facto debet tolli argu. C.de fal.l.satis aperte. Et sic patẽt circa hũc articulũ sublata multipliciter ĩ cõtrariũ allegata.

De secundo insuper puncto,nulla est dubitatio:etiam si ita esset in facto: (vt allegans in aduersum videtur supponere)cum quòd si probatum puta, quòd ille quondam Dãninus fuisset iuxta formam decreti, vsurarius manifestus. quasi iuxta formam illius decreti, in eum fama probata esset.&c.quo casu vult decretum in capitulo quod incipit, item contra vsurarios manifestos.quod tales contra quos per famam publicam,quæ cõtra vsurarium laborat in ciuitate in qua degit : de qua probatur coram iudice seculari,quòd reputentur vsurarii manifesti.Adhuc eo casu pro illud decretum in fine dicti capituli datur electio actori conquerenti de crimine vsurario in eum asserto cõmisso, agendi coram iudice laico, vel ecclesiastico,quo fit, vt cũ iudicẽ laicũ,dicti fratres elegerint,recõuenirẽdo vsq; in litis exordio sorores p̃dictas. illi decreto satisfecerint:nec postea amplius,ius reuocandi forum habuerint.vt.d.l.si quis postea. quòd si non constiterit de illo Dannino quòd vsurarius manifestus fuerit:illo tunc succedit sequens pars decreti in sequenti capitulo penultimo in versi.in aliis vero casibus &c.omnino inibentis laicos taliter ad iudicem ecclesiasticũ trahi.in omnem igitur casum liquido infertur quòd illa iudicis ecclesiastici.inibitio nullatenus potuit fieri inspecta ordinatione decreti. Eo quòd debet per ipsum iudicem ecclesiasticum contrario imperio tolli. maximè virtute rescripti nouiter per illas sorores impetrati:cõtinentis ad vnguem,eo casu talem inibitionem prorsus per iudicem ecclesiasticum tolli debere.qua etiam auctoritate rescripti, debebit iudex laicus reuocare illã interloquutionem per eum factã super incompetentia.& diffinitiuam proferre sententiam in causa coram eo(vt præponitur ventilata)simul tã conuentionis,quàm reconuentionis.quãquam alias non impetrato rescripto ex illa interloquutione facta super in
26 competentia.† ille iudex videretur functus officio suo:& consequenter non posse amplius in se reassumere cognitionem causæ.vt pulchrè & eleganter probatur extra. de offi.deleg.significãtibus.& per Bal.C.quomodo. & quan iudex l.si vt proponis cum inquit de sententia interloquutoria super nõ iurisdictione lata, etiam si esset nulla:quòd idem est in ea quod in diffiniti ua.quia reputatur diffinitiua quo ad iudicem &c.& plenius.ff.qui satisda. coga.l.arbitrio.& per Bar.in l.quod iussit.ff.de re iudi.vbi tenet & ipse ꝙ inreuocabilis est talis interloquutoria: & per consequens quòd amplius non cognoscit de illa causa.Sed non insisto: quia saltim rescripti tollit omnia. Quibus patet ex omnibus ad omnia dubia solutio plena.Rursum & si nullum fuisset impetratum rescriptum:tamen adhuc videretur dicendum solo simplici iure cõmuni posse iudicem laicum, (nõ obstante illa sua interloquutione) examen causæ principalis,tam conuentionis,quàm reconuentionis simul reassumere.& per eius diffinitiuam sententiam finẽ sibi imponere per illummet tex. dictæ decretalis significantibus quod patet.cum ibi inquit litera quòd & si delegati de quibus ibi pronuntiassent se per easdem lirteras procedere nõ debe-

bere.

bere.Nihilominus poſtmodum reaſumpſerunt iuriſdictionem in cauſa illa procedentes ac ſi nihil fuiſſent ī contrarium interloquuti & niſi illi cōuenti ſentiētes ſe grauari ꝙ ſup̄ hiis ſup̄ quibus ab eis fuerāt abſoluti litigare compellebāt eoſdem prouocaſſent ad ſedem appoſtolicam. iure optimo proceſſiſſent in cauſa vſq; ad ſentē tiam diffinitiuam: quod certe dici non poteſt eos feciſſe, eo quòd in compromiſſo præambulo,illud pactum interueniſſet de quo ibi, puta quòd niſi infra terminum in compromiſſo appoſitum arbitri cauſam non deciderint partes ad eorundem iudicum redirent examen.imo tali pacto non obſtante,licet ſemper litigantibus
27 voluntatem mutare †.nec huiuſmodi conuentioni ſtare.ff.de iuriſdictione.om.iudi.l.ſi conuenerit. Quo infertur neceſſario, quòd nulla alia ratione poterant ibidem illi delegati procedere niſi qnia illa ex interloqutione non fuerant iudices functi offitio ſuo.ſeed nunquam ſatis contra iudices, ius facit aliqua ſententia
28 interloqutoria.† imo quod iuſſit perpetuo tollere poteſt &c.ff.de re iudi.l.quod iuſſit.& de arbi.dicitur.in fi.& extra.de appel.cum ceſſante. Mæritò illi iudices dati ibidem vltra procedendo,tacite videntur per prius illam interloquutoriam reuocaſſe:& conſequenter poſtea rectè valent in cauſa procedere vſq; ad ſententiam diffinitiuam,ſi non fuiſſet prouocatum. Et ſi quis diceret. quòd & noſtro in caſu poſſent ipſi fratres de dentibus prouocare ab illa futura tacita reuocatione ĩterloqutionis ſubĩtellecta per vlteriorem proceſſum qui fieret ad eum impediendum, ſicut & in illa decretali.faciliter poteſt reſponderi, ibi enim duplici ex cauſa pmittitur appellari.Primitus quoniam illa interloqutoria prima,quo dati iudices fuerant interloquti ſe per eaſdem literas procedere non debere:fuerāt rationabilis,& iuſta:eo quòd illæ literæ fuerant ſubreptitiæ & ꝑ malitiam in impetrā do cōmiſſionē obtentæ.& ꝑ conſequens poterant elidi obiecta illius ſubreptionis exceptione.vt extra.de reſcript.ſuper literis. per Inno. Hoſti.& alios quinimo ſi ſimplicitate,non malitia, fuiſſet ſe pauperem mentita. ita quòd illæ litæræ non poſſent ob id mendatium elidi:velut ſub reptitiæ:tamen ſecunddm Inno.in dicta decretali ſignificantibus in ſecunda opinione, poſſent elidi alia ratione.puta, quia nec vidua pertinet ad eccleſiam.niſi præuia eius requiſitione dominus laicus denegaret iuſtitiam facere.Non igitur fuerant tales littæræ à ſede appoſtolica.impetrandæ niſi dominus ſuus laicus denegaſſet iuſtitiā facere.In omnem ergo euentū illi delegati iuſtè fuerant interloquuti,vt in littera, puta per eos non eſſe procedendum vigore dictorum litterarum,& cōſequenter illius interloquutionis ſubſequens facta reuocatio,per contrarium eſt iniqua.Eoq;appellatio ibi interpoſita nō fuerat friuola.imo legitima, & rona bili cauſa, ad ſedem appoſtolicam recte interpoſita.quæ quidē ratio ceſſat caſu noſtro.imo è contra totaliter prima interloquutio iā prolata,qua pronuntiauit iudex ſe non eſſe competentem:fuit iniqua.Mæritò futura enim tacita reuocatio erit rationabilis,& iuſta.quo ſi poſtmodum prouocaretur ab ea:foret prorſus talis appellatio friuola. Cui nō defuerunt etiam iura canonica: quāquam permittant indiſtinctē appellationes iuſtas, & rationabiles, etiam ab interloquutoria vt extra.de appel.vt debetur &. c.cū appellationibus friuolis lib.vi.Alia quoq; ratione licita fuit prouocatio illi in decretali ſignificantibus, puta quòd illi delegati fuerant à ſede appoſtolica.dati:qui ſeruant non ciuiles,
29 & Romanas † imo canones indiſtinctè(vt præfertur)etiam ab interloquutionibus permittentes nō friuolas appellationes.At hic loquimur de iudice laico:cuius in foro præualent canonibus leges ciuiles indiſtinctè ante ſententiam prouocare prohibentes.etiam ſi ex cauſa legitima fierēt tales prouocationes.ex quo præiuditium reparabile eſt per appellationē futuram a diffinitiua. C. quorum appel.non recipian.l. ante ſententiæ tempus, & de Epiſcop.audien. l. ii. proprium enim interloquutoriarum eſt:
30 † quòd ab ipſis minimè appelletur.vt legitur & per gld.notatur.ff.de rei vēdica.l.qui reſtituere.&.ff.de appel.recipien.l.ii.& quod ibi plenè notatur.per Bar.Abſq;ergo metu appellationis faciendæ a futuro proceſſu poterit iudex laicus non obſtante illa interloqnutione prolata ſuper non iuriſdictione in cauſa vſq; ad finē procedere.Quo etiam patet quòd ĩterloquutoria ſuper non iuriſdictione lata, nec quo ad iudicē eſt diffinitiua& ſic male cōtrarium ſcripſit Bal. in d.l.ſi vt proponis.in quæſtione quæ incipit, Modo quæro.Quòdq; illam decretalem ſignificantibus male intellexit:eſt inſuper illa decretalis caſus expreſſus contra id quod ipſemet Bal. notauit in d.l.arbitrio & Bar.ſcripſit ī d.l.quod
31 iuſſit † imo indiſtinctè licet iudici ſuam interloquutoriam reuocare.vt inquit pulcherrimè glo.ordinaria. C.ſen.reſcin.non poſſe.l.i.ibi interloquutoria poteſt indiſtincte &c.& eſt optimus,& pulchrimus tex.pro hoc.C.de ſen.& interlocu.om.iudi.l.poſt ſententiam in fi.in verbo plerūq;.qnod exponit Pe.vt ibi refert Cyn. ideſt ſemper Nec contra prædicta aliqualiter facit lex illa.ff.de arbi.dicere in fi.imo recte intelecta diſtinguit dūtaxat inter interloquutoriā & diffinitiuam, valens de interloquutoria dice
32 re † quòd ſemper eſt reuocabilis diffinitiua verò nequaquam.

Quibus patet quænam futuræ erunt partes iudicis laici in quæſtione, facta reuocatione per iudicem eccleſiaſticū illius inibitorie.quod fuerat certum vltimo examinandum. Tutius tamen eſt fundamentum quod primitus fiebat ꝑ reſcriptum.Eo quòd opinio,tam gloſarum omniū

nium in dicta decretali significãtibus quàm Innocen.Hosti. & Aliorum ibidé est:quòd illa ex interlocutoria per illos delegatos in decretali illa significantibus prolata: ipsorum iurisditio ipso iure fuit finita.Eoq; nec sequenti priuatorum pacto,postmodum inserto in sequenti cõpromisso,collata extitit quatenus delegatis ali qua iurisditio, vt.C.de iurisditione om.iudi.l. priuatorum &c.Vnde in dicta decretali ad fi.Illi delegati reasumpserunt dictam iurisdictionẽ per formam compromissi de facto & nõ de iure.quo dicti fratres velut de facto grauati rectè potuerunt appellare, vt ibi quo illa decretalis significantibus non videtur facere pro ipsis sororibus.imo magis pro dictis fratribus.

SVMMARIVM.

Stante statuto,quòd extantibus masculis, filiæ fœminæ non succedãt:casu quo fuerint à patre dotatæ:an possint in testamento præteriri?

1 *Statuto stante:quòd extantibus masculis,filiæ fœminæ non succedant casu quo fuerint à patre dotatæ:an possint in testamento præteriri?*
2 *Honoratus titulo particularis legati,vel vniuersalis fideicommissi in testamento:an præteritus reputetur?*
3 *Vitium præteritionis filij vel filiæ in testamento,in potestate existentis: an totum testamentum redigat intestatum.*
4 *Sollemnitas intrinseca,& substantialis in testamẽto quæ sit?*
5 *Rupto & irrito principali:omnia sequentia cassantur,& annullantur.*
6 *Substitutio quæ à principio iure directo valere non potest:an statim ad fideicommissum trahatur, vt iure fideicommissi quandocunq; valeat.*
7 *Substitutio fideicommissaria in dubio:quare recipit interpretationem directæ.*
8 *Milites proprio priuilegio,suis hæredibus possunt directò substituere.& infra nu.35.*
9 *Singulare in vno,supponit ius commune contrariũ in cæteris.*
10 *Dictio,velut:est aduerbium similitudinis.*
11 *Nullum simile est idem.*
12 *In fideicommissaria substitutione non veniunt, nisi testatoris bona.*
13 *Quis non potest,pro parte testatus:& pro parte intestatus decedere.*
14 *Leges:nouæ semper adueteres sunt trahendæ.*
15 *In ambiguo non est à verbis recedendum.*
16 *Verba ubi sunt clara: non est habenda quæstio uoluntatis.*
17 *In dubio loquentem:uerba præsumendum est,accipi uelle in suo potentiori significatu.*
18 *Substitutio compendiosa pupillo facta,quæ regulariter iure fideicommissi non valebit, non obliquabitur.*
19 *Substitutio pupillo, verbo cõmuni facta,an ab iniuo iure directo valeat: & postea obliquetur?*
20 *Substitutio fideicõmissaria, an semper uniformi modo censeatur.*
21 *In ambiguo in testamentis res semper interpretabitur,potius vt ualeat quam ut pareat.*
22 *Decretales seruandæ sunt in foro ciuili.*
23 *De legitima deducantur omnia onera,inuito testatore.*
24 *Dos sine matrimonio esse non potest.*
25 *Mulier ante matrimonium,nupta non dicitur.*
26 *Statuti uerba sunt ad contextum interpretanda:*
27 *Incredibile est,legem,quẽquam ad impossibile ligare uelle.*
28 *Quando datur unum benefitium, contemplatione alterius: si illud adimitur tollitur aliud eius contemplatione datum.*
29 *Succedens ab intestato,uidetur suis hæredibus reliquere.*
30 *Duo insolidum,domini esse non possunt.*
31 *Iuris obseruantia,est parere legum præceptis.*
32 *Filiæ fœminæ,sunt incognitæ a iure ciuili propriæ ciuitatis*
33 *Irrito testamento ex causa præteritionis: quantũ ad institutionem,an cætera firma maneãt?*
34 *Verba directa,an ad fideicõmissum trahantur?*
35 *In iudicando, & consulendo, à glosa recedere non oportet: nisi in contrarium expressa lege cautum sit, vel consuetudo foret in aduersum. & infra nu.40.*
36 *Verbum cõmune, est trahibile etiam ad sensum directum.*
37 *Qui uult consequens:uoluisse uidetur et antecedens.*
38 *Qui uult unum: omnia sine quibus illud esse non potest:uelle uidetur.*
39 *In substitutionibus interpretatio semper facienda est:ut earum uerbis,& personis conueniat.*
40 *In claris non opus est coniecturis.*

CONSILIVM. XXXVII.



N IESV CHRISTI noĩe amẽ. Post quoddam consilium in fauorem Simonini compilatum: fertur illud in dubium reuocatum, quod illo in consilio fuit sublatũ: licet sub breui loquio puta,videri dictum Bernardinum ab intestato defunctum.Eo quòd eius Bernardi tale quale in forma testamenti conditum prætenditur nullum:nulliusq; momenti:Cum in eo solus fuerit Armenulfus eius filius purè & simpliciter hęres institutus:non etiã filiæ testatoris:† quãuis adhuc essent in potestate mortis testantis tempore, & consequenter præteritę. Cum(vt præfertur)non essent purè & simpliciter cohæredes fratri suo: quãuis legatum librarũ.cl.planetorum,iure legati illo in testamento forẽt consequutæ, ac mortuo illo filio sine liberis dimidiam hæreditatis per fideicõmissum,cum filius vel filia in potestate, & consequenter suus, vel

sua

ſua hæres,& neceſſaria : reputatur p̃teritus, vel præterita hoc ipſo, quòd inſtitutione pure,vel ſimpliciter facta, ſaltim in aliqua quantitate, vel re etiam minima,non eſt ipſius aliqua mentio facta,nec etiam exhęredata,quãuis iure,ſeu
2 titulo obliquo particuluris legati, † ſeu vniuerſalis fideicommiſſi,ſit honoratus:vel honorata. Nam nihilominus filia reputatur præterita.C. de libe.præt.vel exhære.l.maximum vitium circa medium,in littera ibi quam taciturnitate in inſtitutione præteriit.&ff.eod.tit.cum quidam litera ibi decem legaſſet &c. &.ff.ad trebel.ita tamen.§.qui rogatus.& legitur & not.ff.deleg. præſtan.l.filium.§.ſi legata.in littera ibi, ſed & pleniore &c.in text.cum glo. & in authentico, vt cum de appel.cogno.§.aliud quoq; capitulũ. &.§.cæterorũ.& legitur & not.in.l.ſi quis priore.ff.ad trebel. quidquid glo. innuerit.C.de inoffi.reſta.l.ſcimus.§.cum autem.in glo.i.ad fin.
3 De illo autem nemo dubitat,† quòd vitiũ præteritionis filii,vel filiæ exiſtẽtis in poteſtate.totam redigit cauſam teſtatam ad ius & nomen
4 inteſtati.quoniam † teſtamentum tunc nullius eſt momẽti.Cum præcęteris, illa ſit ſolemnitas intrinſica,& ſubſtantialis in teſtamentis,ſuis extantibus hęredibus,& neceſſariis,quòd inſtituãtur,vel exhæredẽtur. Inter cætera enim quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur: principale ius eſt de liberis hæredibus inſtituẽdis,vel exhæredandis.vt.ff.de liber.& poſt.l.inter cætera &.l.Gallus.§.in omnibus &.l.ſi filius qui in poteſtate eo.tit.& de vul. & pupil.ſi quis eum in fi.inſtit.de exhære.libe. in princ.cum in finitis ſimilibus vulgatis iuribus. Videtur ergo ille Berardus ab inteſtato defunctus, & conſequenter de ſubſtitutione fideicõmiſſaria facta de ſupraſcripto quondam Leone pro dimidia non quærẽdum amplius nec tractandum velut etiam invalida,& facta teſtamento inualido,qa
5 irrito principali præteritionis vitio.† Caſſant ſequentia ex toto,vt.ff.de inoffi.teſta.l.filio præterito. Alia quoq; ratio in dubio deducit illam ſubſtitutionem de nouo. Cum & ſi i facto prius conſulto,ſuppoſitum,fuerit nihil, quòd ille Armenulfus teſtatoris filius, erat non ipubes:imo pubes.ſ.maior quatuordecim annis. quo caſu nulla poterat eſſe dubitatio quin ſaltim iure fideicõmiſſi valeret illa ſubſtitutio: ex quo uſq;
6 à princi.non potuit valere iure directo. † quo proculdubio,ſtatim dicto caſu trahitur ad fideicõmiſſum quãdocunq; poſtmodum filius moriatur:velut poſt mortem de reſtituendo grauatus.& per conſequẽs eo mortuo,eius hæres debet illud fideicõmiſſum,vt à filio poſt mortem relictum,vt.ff.ad trebel.ex facto.in prin.&.l.Sęuola eod.tit.& de leg.iii.l.cum quis.§.ſeyam.& de vulg.& pupil.l.cohæredi.§.cum filiæ.& legit & per glo.not.in l.verbis.&.l.centurio.&.l.præcibus.ff.de lega.i.filiusfa.§.vt quis hæredem cũ ſi. Sed nunc pro vero illud ſupponitur.quòd ille Armenulfus tempore mortis teſtantis patris erat infantulus ætatis forſitan trium annorum. cui potuit per patrem tempore teſtamenti,pupillariter,& directo ſubſtitui:quo fit, vt cum illa compendioſa ſubſtitutio dicto Armenulfo facta,in ſupraſcripto teſtamentoverbis ciuilibus, & męrè directis facta videatur. puta cum ĩquit in teſtamento primum quòd ſi dictus Armenulfus deceſſerit &c. quòd tunc & eo caſu:ſorores ſint,& eſſe debeant hæredes ſupraſcripti teſtatoris pro medietate.& ita vſus fuit illa dimidia, nomine hęredis męrè ciuili,& directo. Et in alia dimidia dicũt verba quòd Leonẽ ius ſit eſſe hæredem pro alia dimidia.& ita etiam continent illud nomen hæredis,ab initio potuit valere iu
7 re † directo. Cõmunis eſt omniũ opinio. quòd in ambiguo recipit interprætationem directè. Cum illa directa conueniat verbis, & perſonæ. & poſtmodum non obliquatur. imo euaneſcit, vt dicta.l.verbis &.l.in pupillari.ff.de vulg.& pupilla.&.l.centurio arg.à iure ſpeciali,vbi eo iure ſingulari valet etiam ſecundum veram intelligẽtiam poſt pubertatem iure directo, & remanet etiam poſt pubertatem directa militaris tamẽ. Eoq; iuris quidẽ ratio manifeſta eſt: licere mi-
8 litibus proprio priuilegio † etiam ſuis hæredibus maioribus,ſeu extraneis, poſtquã hæredes extiterint:ſubſtituere.directo.vt.C.de teſtamẽto mili.l.in teſtamento.&.ff.eo.tit.l. tractabat. &.l.miles in hæredem.§.i. Quoniam ergo eo ſpeciali iure poteſt compendioſa directo concepta:puta cum teſtator ſubſtituendo nominatim,& expræſſe:inquit ſe directo ſubſtituere.vt in littera ibi directo ſubſtituit.& ita pro conſtãti ſupponit quòd in ſubſtituendo, ita inquit.ſ. quòd directo ſubſtituebat &. in omne tempus valere.& non extinguitur pubertate.ſed ſubſtinetur,vt directa omni tempore,eo tantum modo,quo militi eſt poſſibile puta,iure cũmuni in omnibus bonis in ætate pupillari.vt ibi. Innoc. cõtrariũ ergo eſt ius cõmune : vt facta directo, vel verbis męrè directis,& ciuilibus, euaneſcat pubertate.quo paganus nec ĩ ſuis bonis poteſt ſubſtituere directo.immo ſingulare in vno, ſup-
9 ponit † ius commune contrarium in quolibet alio.ff ad municipa.l.i.in fi.&.l.ius ſingulare.ff. de legi.cum ſi. Videtur quoq; pro hoc caſus legis rectè intuenti: nedum quando miles ſubſtituendo compendioſè,dicit ſe directo ſubſtituere.quinimo,& quando aliter non apparet de ipſius militis intentione. niſi quia in ſubſtituẽdo compẽdioſè,vtitur verbis męrè ciuilibus,& directis.quòd & tunc etiam matre exiſtente ĩ medio,poſt pubertatẽ remanet adhuc directa militaris tamen,vt dicta.l.precibus in littera ibi,& ſecundum hæredem ſcripſiſſe.& ſic ſupponit illa compendioſa verbis męrè ciuilibus, & directis factã:ĩ fi.ibi velut ex cã fideicõmiſſi. Eſt.n.illa dictio velut † aduerbiũ ſimilitudinis:& cõſeqn
10 ter ſupponit q̃ pupillo cui à milite fuerat illa facta

facta ſubſtitutio verbis mærè directis, & ciuilibus poſtmodum mortuo iam pubere effecto, non verè obliquatur, nec ad fideicómiſſum trahitur ita quòd pupillo.poſt pubertatem mor-
11 tuo non eſt verè fideicóm iſſaria.† cum nullum ſimile ſit idem.vt.ff.depoſiti.l.quod ,nerua.imo ex illo aduerbio illud colligit proculdubio, quòd & pupillo poſt pubertatem mortuo, remanet illa compendioſa verbis mærè directis, & ciuilibus facta: directa ſubſtitutio, & non fideicómiſſaria.habens. eam ſimilitudinem cum ipſa obliqua, in eo quòd ſubſtitutus à matre eius.ſ.ſui filii puberis defuncti,ſucceſſionem obtinente,non conſequitur niſi bona quæ fuerunt patris eius,cum moriretur.ſicuti fieret,ſi ſubſti-
12 tutio fideicómiſſaria foret. Cum † & in fideicó miſſaria non veniunt niſi teſtatoris bona vt.d. l.cohæredi.§.cum filiæ ibi nec fideicómiſſo propriæ facultates filii tenebuntur &c. Vera ergo illius legis lectura eſt quòd illa compendioſa verbis ciuilibus & directis facta: & poſt pubertatẽ remanet directa: licet militaris realiter & verè quod patet cum in ea non veniant niſi bona militis.quo vult littera quòd habet ſimilitudinem cum fideicómiſſaria.& eſt priuilegium in milite multum ſingulare:ibi ergo eſt caſus;quòd in contrarium loquendo de pagano eſt ius cómune.&c.(vt ſupra) Et ſi quis volens hunc nouum, & pulcherimum intellectum calúmniare: dicat ſecundum eum, quòd filius militis haberet hæredem directo ſubſtitutum in hęreditate militis paterna: & in aliis ſuis bonis matrem legitimã. i.ab inteſtato,hæredem.& ita decedetur filius
13 militis tunc pro parte teſtatus, † & pro parte inteſtatus: quod ius noſtrum pati non videtur. vt in regula ius noſtrum. Faciliter reſpondebitur quòd illud eſt priuilegium militis, quòd ſicut ipſe poteſt pro parte teſtatus decedere: & pro parte inteſtatus:ſic vt filius eius,vel ſubtilius dicas, quòd quia miles poteſt filium eius directo facere hæredem in tempus.i.in vita: taliter quòd poſt mortem deſinit ipſo iure hæres eſſe: ita videtur rectè militem peragere:ſubſtituendo filio eius pupillo compendioſè,quia eo pupillo.poſtmodum pubere mortuo:deſinit hęres eſſe patris militis extoto,& ſubſtitutus immediatè & directo eſt hæres militis in bonis ſuis:nec filium in ſuis alium habet hæredem:qui obtinet ipſius hæreditatem:quàm legitimam.i. ab inteſtato iure cómuni,puta matrem ex ſenatu conſulto ſibi ſuccedente vt d.l.præcibus ad fi.in litera ibi eius ſucceſſionem obtinens &c. quæ omnia ſunt fixę menti tenenda ad multa. Eſt quoq; caſus nouus extra de teſta.c.ſi pater ratione ſui: loquitur etiã in compendioſa facta impuberi ſicut hic verum quia ibi filius deceſſit in ætate pupillari,quo tempore potuit directo ſubſtitui. dicit tex. quòd quia verbis directis fuit facta:& conueniebatur directę nedum verbã quinimo, & pupilli.perſona in dubio recipit interprætationẽ directe: & conſequenter quòd valuit eo iure directo, & ſortita eſt effectum eo modo: quia decesſit in pupillari ætate:non exprimens quòd ſi maior fuiſſet effectus, & per conſequens in maiori ætate mortuus: quo tempore directo non ſubſtituit paganus:quòd obliquaretur,imo conformiter iuxta tenorem aliarum legum credi debet,quòd ſi de eo caſu Papa conſultus fuiſſet de plano reſpondiſſet de illa
14 ſubſtitutione quòd ipſo iure euenisſet. † Sunt enim ſemper nouæ leges trahendæ ad veteres. ff.de legi.cum & poſteriores. Cõcluſio eſt ergo ibi expræſſa de compendioſa verbis directis pupillo.facta: quãquam ſub compendio in omnia tempora.quòd quia à principio poteſt valere vt directa.creditur in dubio ita facta de vlteriori tempore:ſi forſan moritur filius maior factus: nihil ibi dicitur expræſſe quòd obliqnatur: & malè illi decretali iungitur capitulũ Raynutius & capitulũ.Rainaldus.quia in eis fuit vſus teſtator verbis cõmunibus,& non ciuilibus,& mærè directis.Vnde iura illa nil faciunt ad rumbum. cum illa ſit cómunis ſententia de verbis cõmunibus in compendioſa:quòd pro omni tempore ſemper eſt obliqua.Non ergo in illis duobus capitulis valet ideo iure fideicõmiſſi.quia per ſuperuenientem ætatẽ ſit obliquata.imo quoniam vſq; à princi.taliter fuit interprætata.Nulla eſt igitur dubitatio in compendioſa à princi. facta per verba mærè ciuilia,& directa.quòd sal-
15 tem à princi.† recipit interprætationem directe.nec ab re.Cum in ambiguo à verbis non receditur neq; ſalua ratione recti ſermonis.imo
16 vbi verba † ſunt clara &c.nuſquam vlterius eſt quæſtio voluntatis habenda. ff. de lega. iii.ille aut ille.§.cum in verbis.&.l.non aliter.de ſupellet.lega.labeo.ad fi.de exercitoria.l.i.§.ſi is qui nauem præſertim noſtro in caſu,vbi verbis inhę-
17 rendo:in ſuo potentiori eſſe † recipitur ſubſtitutio ſicut ſemper credendum eſt loquentem velle in dubio.ff.ſi.ager vecti.vel emphi.pet.l.i. §.qui in perpetuum.ff.quando appe.ſit.l.ii.§.biduum, & ibi glo.&.§.quod in ſententiis.& de re iudi.l.quod iuſſit ad fi.Cõmunis eſt ergo omnium concluſio.de compendioſa facta pupillo per verba mærè ciuilia,& directa in teſtamento valido,quoniam ab initio potuit valere iure di-
18 recto † ſi prius ea non valuerit eo modo puta quia pupillus maior factus deceſſerit.Nec regulariter valebit iure fideicõmiſſi:& ita non obliquabitur(vt pulchrè inquit glo.)in d.l.verbis in verſi.ſi verò nihil eum,& in l.centurio.eo.tit.in verſi.ſi autem eſſet paganus.&.d.l.in pupillari, in glo.ibi.vel compendioſa dixit quandocũq; iuncto verſi.i.eadem glo.ibi item nec tranſit in fideicõmiſſum &c.& d.l.præcibus in glo.magna in verſi.ſed in pagano.ibi ſi decedat præterea nihil &c.Nec hiis contradicit aliqualiter rectè intuenti glo.in inſti.de pu.ſubſti in.glo.magna in verbo exemplum.in ſumma ſua quæ ĩcipit poſt

principiũ

principium ibi vnde plenè de hiis ad.fi.in verſi. ſi vero paganus.ibi Aut per hæc te inſtituo.& ſi deceſſeris quandocũq; illum tuum hęredem facio.hoc enim caſu, quoniam eſt compendioſa facta verbis męrè ciuilibus,& directis.glo.finaliter concludit,quòd hęc non valet ſi ipubes poſt pupillarem ætatem decesſit,vt hic rectè contingit:in qua ſnĩa.ſ.quando compendioſa fit pupillo per verba męrè ciuilia, & directa, quòd non obliquetur eo pupillo poſtea mortuo pubere facto.imo tunc expiret omnino. Sequitur etiã Ioã. And.in d.c.i.de teſta.lib.vi.in nouella.licet in compendioſa verbo communi ſubſtitutio facta teneat,quòd facta pupilli ab initio valet iure † directo,& poſtea obliquatur, quod & prima fronte innuit glo. inſti.in dicta ſumma ad fi.licet nihil ad nos, qui loquimur in ſubſtitutione compendioſa facta per verba męrè ciuilia,& directa quãquam & in hoc caſu communis opinio.licet,quòd vſq; a princ.interprætatẽ fideicõmiſſaria,vt ſemper † cenſeatur vniformi modo,vt & pulchertimè vult glo.in.l.ex tribus in glo.& d.l.præcibus &.l.centurio. Nec nobis in hoc vltimo caſu contra dicit aliqualiter glo. inſti.eo.ti.§.vltimo in verbo fideicõmiſſum ad fi.in glo.ibi forte idẽ ſi dicat vitalis hæres eſto: nam trahitur ad fideicõmiſſum.imo illa glo.ad tex.relata,vti in dubio venit relatio faciẽda loquitur in ſubſtitutione compendioſa facta per verba męrè ciuilia,& directa, non filio pupillo. imo puberi,ſeu extraneo:quo caſu(vt præfert) quoniam à prin.nõ poteſt valere aliquo modo iure directo,vt aliquid operet talis ſubſtitutio: & vt res potius valeat aliquo modo quam pereat:† omnino trahitur ad fideicõmiſſum,& credimus teſtatorem quãuis verbis loquutus fuerit impropriis,non aliam voluiſſe ſubſtitutionẽ peragere,niſi quam potuit:puta fideicommiſſariã.& ita inquit illa glo.Nec ab re, cum in ambiguo ſemper in teſtamentis res ita creditur agi: vt potius valeat,quam pareat. ac aliquid operetur iuxta iura vulgata. Nec nocere videt quod inquit teſtator ſine liberis: nam illud nomẽ nõ videtur mutare naturam cõpendioſę:vt dicta.l. centurio.& dicto.c.ſi pater per quæ iura inquit glo.ibi,quòd reprobatur Accur.qui contrariũ notauit in l.præcibus.vbi etiam hoc tenet Bar. & cõmuniter omnes alii tam antiqui quam moderni. Porrò & ſi obliquaret huiuſmodi ſubſtitutio compendioſa:aut vſq; à prin. interprætaretur fideicõmiſſaria:non videretur per illum Leonem non agnita ad ipſum Simoninum eius filium trasmiſſa ſecundum glo.in l.cum filio.ff. delega.i. Amplius illa eſt cõmunis omnium opinio quòd illæ ſorores velut fratris ſui præmortui,legitimæ hæredes.i.ab inteſtato grauatæ ex perſona Armenulfi fratris ſui: detraherent legitimam,& trebellianicam quæ ſecundum communem ſententiam aſcendunt ad dimidiam hæreditatis:ſicut hodie approbatum eſt in dictis decretalibus.c.Raynutius.& c.Raynaldus. Vnde cum antiquitus eſſent opiniones inter Doct.iuris ciuilis,& Canonici:& poſt de eo dubio factę
22 ſunt decretales:† non licet cõtra ſtimulum calcitrare.imo & in foro ciuili ſunt ſeruandæ decretales illæ,ſecundum ſcripta.in.c.i.extra de ope.
23 no.nun.Nec immæritò.† Cum de legitima deducantur inuito teſtatore quæque onera.vt.C. de inoffi.teſta.quoniam in prioribus.& dicta.l. ſcimus.§.cum autem.& in authentico de triente & ſemi.§.conſideramus,in ſuper,& ſi trebellianica poſſet per teſtatorẽ prohiberi. in dubio nũquam creditur illud fieri. Debet ergo per ſorores legitima prius detrahi quatuor vntiarũ, & de aliis octo remanentibus trebellianica duarum vntiarum. Vnde in ſumma per eas eo iure detrahitur dimidia:ac iure fideicõmiſſi illius dimidiæ vna alia dimidia. quo Simoninus ad quartam omnium bonorum videtur reſtrictus.

† Cæterum verius reor oppoſitum. Quòdq; valìdum fuerit illud Berardi teſtamentum, nõ attento præteritionis illarum filiarum vitio. Nec non valuerit ſubſtitutio. Et ex ea dictus Simoninus cõſequi valeat bona omnia per ipſum Armenulfum derelicta pro ſui dimidia vltra legata patri ſuo Leoni,illo in teſtamento relicta. Pro quorum euidentia,præmittendum eſt ante omnia ſtatutum ſeu ſtatuta repellentia ab inteſtato filias fœminas extantibus maſculis, vno, vel pluribus:in caſu quo ipſæ filiæ fuerint à patre dotatæ. Eſt præmittendũ quoq;,quod in dubitationem conſueuit deduci vtrum filiæ dicuntur dotatę à patre,hoc ipſo quòd pater aſſignauit dotem in teſtamento taliter quòd tunc ex-
24 cludantur à ſtatuto. Quod non videtur.† quia dos ſine matrimonio eſſe nõ poteſt,vt.C.de do-
25 natio.ante nup.l.ſi in prin. Rurſum,non † poteſt mulier dici nupta ante matrimonium.ff.quan. di.lega.ced.l.quod principale quo nec videtur dici poſſe dotata.licet pater in teſtamẽto & dotẽ aſſignauerit.arg.ff.de nup.l.non eſt matrimonium & de adul.l.qui pupillam in princi.

Quipe melius eſt contrarium dicere:quod & glo.ff.de admini.tuto.l.quod cum plures.§.pla-
36 cet:Nec ab re cum ſtatuti verba illa † a patre dotata &c.ſunt interprætanda ſecundum Bar. ff.de condict.& demo.l.titio centum.§.fi.ad cõ textum.hoc eſt filia in qua pater actum dotandi exercuit quantum in eo fuit &c.& allegat.ff. de condict.inſtit.l.mulier & de ſtatu libe.l.ſtichus ſi hæredi Aſſignando enim dotem in teſtamento puta certam quantitatem vt hic, legando fecit quantum in eo fuit: & ita poſſetenus filias dotauit:quod ad verificandum ſtatutum ſufficit. Nec enim credibile eſt:ad impoſsibile † le-
27 gem quemquam ligare voluiſſe.ex quo ſimpliciter exq;ſiuit ſtatutũ dũtaxat dotationis actũ, non vltra procedendo an ſtatuto: quòd ſit nõ ſolum dotata: quinimo & nupta: Amplius,illud tollit dubitationem ad minus quòd ſtatutum

proce dit vlterius complectendo alium casum quo ipse fœminæ non sint dotatæ : si modo ipsi masculi legitimè descédentes sint parati eas fæminas dotare , & dotauerint cum effectu , debito tempore nubili,sicut supponitur factum in præsenti per illum quondã Armenulfum fratrem earum,igitur proculdubio sumus rectè in statuto.excludente filias huiusmodi à succesfione paterna ab intestato existente fratre masculo.Quo fit(vt tãdem dixi illo in consilio:)quòd potuerunt illæ fœminæ impune præteriri à patre.Eoq; allegatur improbe illius præteritionis vitium ad ipugnandum illud testamentum & pro hac sentẽtia allegaui verba Bar.in simili hoc palam tenentis in l.Gallus in.§.quid si tantum in vers.Segnori semper fui ab initio in cõtraria opinione &c.ibi cũ inqnit primũ posito quòd loqueretur tantum ab intestato. vt in statuto, nostro adhuc probans idem ibi alia ratione,

28 Quia † quando vnum benefitium datur contemplatione alterius : si illud adimitur:tollitur aliud eius contemplatione datum.ff.de ali.le.l. filio.§.mater sed causa quare præteritio filiæ in potestate aliàs irritat testamentum ipso iure: est quoniam fit iniuria præteritionis cum aliàs ab intestato fuisset successura. mæritò sublata via succedendi ab intestato.tollitur omnis iuiu

29 ria : & consequenter quãquam præterita † non irritat testamentum primum vt ibidem subicit Bar.succedens ab intestato.videtur suis hæredibus ab intestato venientibus relinquere. ff.de iur.codi.l.confitiuntur.si ergo lex municipalis facit testamentum isti , & ipse faciat secundum ipsam legem : in quo sit culpandus non video. Quo concludit quòd sic consuleret de facto , & idem expræsse nostro in casu tenet.ff.de suis & legi.l.i.§. sciendum dicens circa istam materiam suorum hæredum,quòd quia vult statutũ ciuitatis quòd filia fœmina non succedat ab intestato existentibus masculis , quòd ipsa filia non est hæres sua & necessaria:quod prodest inquit ipse scire ad multa. Quoniã ergo huiusmodi filiæ non fuerunt suæ, & necessariæ: præteriri potuerunt impune,cessante ratione,aliàs vrgẽ-

30 te patrem ad institutionem filiæ.quia † duo in solidum non possunt esse domini: coegit lex patrem ad filii institutionem, vel exhæredationẽ. vt.l.in suis , quæ etiam secundum Bar.ob id est illius titulii caroterum.Tolle ergo dominium in filia per statutum & porrigatur præteritionis vitium quod enim bonum est ipsis filiabus fauore contra testamentum.exinde nihil ab intestato postmodum laturæ.&c.ff.de bo.po.contra tab.l.si post mortem.§.liberi.&.l.mater decedens de inoffi.testamento.Et hanc met quæstionem pulchrè, &eleganter tangit Bald.in d.l. maximum vitium vltima quæstione. Allegans primitus contra testamentum in contrarium. tamen finaliter concludit optimis ex rationibus quibus remittere sufficit.Ex quibus respondetur ad id quod in aduersum allegabatur: pu-

31 ta quòd defecerit iuris obseruantia:† eo quòd testator non paruit præcepto legis.vt.d.l Gallus.§.in omnibus.cum vt finaliter ait Bal in d.l.

32 maximum vitium ad fi.istæ sint † incognitæ à iure ciuili propriæ ciuitatis de eis mentionẽ fieri non opportuit aliquo modo.sicut nec olim de emãcipatis qui ab intestato erant ĩcogniti per l.xii.ta.& ideo eguerunt benefitio Prętoris qui rescinderet eorũ capitis diminutionem.i.emãcipationem: eos redigendo ad ius suorum hæredum.vt.ff.de bo.pos.l.sed cum patrono.vt in littera ibi quãuis enim iure ciuili &c. Cũ ergo hic ius ciuile nõ patrocinetur ipsis filiabus nec ius prætorium nullatenus possit rumpere testamentum.Quod sufficit ad tollendum primum principale argu.s.præteritionis vitiũ.Amplius, & si testamentum fuisset vitio præteritionis irritum. Nihilominus quia irrito testamento

33 ex causa præteritionis,† quantum ad institutionẽ.Cætera nilminus firma manent.vt d.§.aliud quoq; capitulum cum sequenti,& transumptiue in authentica. ex causa.C.de libe. præte.vel exhære.valida saltim remãsissent legata illa Leoni facta cum vniuersali substitutione fideicõmissaria. in qua dictus Leo fuerat substitutus pro dimidia.quoniam illa omnia fuere post institutionem in testamento disposita supereſſe solum codicillaris clausula per quam omnia intelliguntur à venientibus ab intestato repetita: & valẽt etiã testamento existente inualido,præteritionis ex vitio secundum plenè scripta per Bar.ff.de iure cod.l.i.& per eundem & alios in dicta authentica ex causa.

Condescendo ad secundum argumentũ principaliter inductum in aduersum contra illam substitutionẽ compendiosam. Cum concludebatur quòd euanuit quoniã pupillo facto fuit verbis ciuilibus, & directis , quia maior factus decesit. Ad quod tollendum illud etiam venit præmittendum,ꝙ in illa substitutione soli Armenulfo primitus facta : adiecta fuit illa vulgaris clausula,puta si decesserit sine hæredibus ex se legitimè descendẽtibus.& in alia sequenti facta cõmuniter dicto Armenulfo:& tunc futuro posthumo,apposita fuit alia etiam consueta.s. si decesserit sine liberis:quo casu(vt præfertur) hanc compendiosam taliter factã etiam verbis mętè ciuilibus,& directis,puta,vt pretenditur, hic ille sit hæres,scribit Accur.quòd semper interprætatur fideicõmissaria. quia talibus verbis nec subicit non directa sed fideicõmissaria,cõsueuit de iure,& de facto fieri:illud ꝓbans optima ratione,quoniã si directa non valet post pubertatem,Ergo nec ante . Cum non debeat diuerso iure censeri &c.Insuper , vt ĩ glo sequitur vnica est.s.illa compendiosa.sed non directa:ergo pro toto fideicõmissaria.Primũ finaliter rationem addit,quia illud verbum sine liberis,innuit:quòd etiam in pupillari ætate testator per

fideicó-

fideicommissum.subſtituerat.quia tunc liberos
34 habere non poteſt:& verba† directa trahuntur
ad fideicommiſſum. & allegat glo.d.l. Scæuola.
& melius facit d.l.ex facto eo.tit.& d.l.filius.§.
35 vt quis hæredem cum ſi.† Cui gloſæ in iudican
do,& conſulendo oportet inherere.quia vt in-
quit Butr.in.l.vnica.C.qui pro ſua iuriſd.conſul
toris,nec iudicis officium eſt à gloſa recedere.
niſi in contrarium lege expreſſa foret cautum:
vel conſuetudo foret in aduerſum. Nec poteſt
dici ex illa.l.centurio palàm, & expreſſè quid-
quam ſcriptum contra ſententiam illius gloſæ.
imo loquitur in milite qui directo,(vt præfert)
potuit, & filiis ſuis etiam maioribus, & extra-
neis ſubſtituere militari ex priuilegio, quo nec
mirum ſi cõmuni iure intra tempus pupillaris
ætatis,non attenta illa clauſula ſine liberis,va-
luit vt directa pupillaris. Cum & poſt pupil-
larem ætatem vniformiter illo iure directo va-
lere potuit vt militaris. Quia ergo illo tunc
omni tempore potuit ſubſtitui directo. & ſi ex
illa clauſula ſine liberis videtur ſubſtituiſſe poſt
tempora ſuperuenientis pubertatis.Nec mirũ,
ſi interprætatur etiã intra pupillaris ętatis tem
pora.At hic loquimur in pagano qui filio maio
ri officio,nec extraneo,poteſt ſubſtituere dire-
cto.Et ex illa clauſula ſine liberis,conſtat liqui-
do,quòd voluit ſubſtituere etiam poſt puberta
tis tempora neceſſario ratione ſupraſcripta ex
illa clauſula ſine liberis venit noſtra compẽdio
ſa & ſi verbis męrè ciuilibus & directis eſſe facta
nihilominus,pro omni tempore interprætãda
fideicõmiſſaria quo non euaneſcit pupillo pube
re facto.imo vniformiter durat per omnia tẽ-
pora velut ſemper obliqua,& fideicõmiſſaria.
Nec obſtat deniq;.c.illud ſi pater. nam ibi fue-
re ſimul tres ſubſtitutiones:quod non aduerte-
runt Doctores,quarum vltima fuit certa & in-
dubitata.ſ.facta verbo directo,& ciuili inſtituo.
Cum inquit Chriſti pauperes inſtituendo hære
des:ſi vtrumq; filiorum ſine liberis mori contin
gerit.Pro tanto ſuperiores ſubſtitutiones factę
verbo communi moriatur: quoniam de ꝓpria
36 virtute ſermonis, illud verbum commune † eſt
trahibile etiam ad ſenſum directum per ſequen
tem ſubſtitutionẽ clarã, & indubitatam.repri-
mit ſurſum illum directum(vt vulgo legitur).ff.
de lega.i.ſi ſeruus plurium.§.vltimo cum ſi.Ad
quod cogimur etiam neceſſario.Inſtituit enim
teſtator in d.c.ſi pater pauperes Chriſti hære-
des ſi vtrumq; filiorum mori contingerit ſine li
beris:quo illud palàm eſt:quòd eos voluit dire-
cto eius filiorum fore hæredes: & per cõſequẽs
etiam quia hæres hæredis &c.ſuos.Vnde quia il
37 lud voluit † quod eſt conſequẽs:videtur voluiſ
ſe filios vicisſim hęredes etiam directo futuros.
Quod fuerat antecedens neceſſarium: pro tan-
38 to,† qm̃ qui vult vnũ: vult oĩa ſine quibus illud
eſſe non poteſt.ff.de acqui.hęre.l.nec is.§.i.&.l.
illud ipſis & paupibus bõa oĩa deferunt:& p̃miſ
ſę ſubſtitutioni factę de filio ad filiũ,& econtra
& de illis ad pauperes directe debent intelligi
pupillares.cum(vt ſequitur)in littera in ſubſti-
39 tutionibus ſemper ſit † interprætatio facienda
dum modo ſicut in caſu propoſito earum ver-
bis & perſonis conueniãt inſtitutis.vt ſubſtitu-
tio directa intelligatur potius quàm obliqua
&c.& rectè inquit,ſicut in caſu propoſito, eo
quòd etiã verbum cõmune moriatur, vel quod
libet aliud cõmune directa complectitur pro-
pria ex ſignificatione.Quoniam ergo ſenſus di
rectè conuenit etiam prioribus ſubſtitutioni-
bus de propria ſignificatione.cum illud fieri ſit
poſsibile ſalua recti ſermonis ratione:vltima in
dubitata etiam illis dat intellectum directarum
ſubſtitutionum.licet aliàs ſi forent de per ſe in-
terprætarentur fideicommiſſariæ vt valerẽt om
ni tẽpore quo fit vt glo.Ioan.And.antiqua ibi
circa duo fuerit valde erronea:puta.i.cum colli
gat ex ea littera de vniuerſali fideicommiſſo q̃
eſt detrahẽda trebellianica licet fideicõmiſſum
fuerit chriſti pauperibus relictum.imo non fit
mentio de trebellianica quia ſi ſubſtitutio facta
filio primitus poſt teſtatorem defunctum.fuiſ-
ſet fideicõmiſſaria ex perſona ipſius filii: veluti
grauato filiæ,& non pauperibus chriſti fieret de
tractio trebellianicæ à filia: ſi ſuperuixiſſet.&
per conſequens à pauperibus chriſti hæredita-
rio iure, dictæ filiæ quod non eſſet: ſi pauperes
chriſti immediate fuiſſent filio ſubſtituti.tunc
enim & ſi illa ſubſtitutio fuiſſet fideicõmiſſaria.
non veniret trebellianica ab ipſis chriſti paupe-
ribus detrahenda: ſecundum iura ſuper hoc vul
gata.in illo quoq; quod inquit de illa clauſula
ſine liberis,quòd illud capitulum ſi pater eſt ca-
ſus contra Accur. in d.l.præcibus videtur er-
raſſe.Cum(vt præfertur)illa decretalis ſi pater
in caſu certo loquitur.ſicut in l.centurio.Vnde
40 † in rebus certis non eſt locus cõiecturis:ſicut
etiam dixi per glo.Accur.reſpondendo ad.l.cẽ
turio.At glo.illa in l.præcibus loquitur in am-
biguo: mæritò ſequenda:eo quòd non inueni-
tur contra eam lex aliqua expreſſa: vt inquit
Butri.d.l.i.C.qui pro ſua iuriſd.potiſsime cum
ſaltim ſecunda ſubſtitutio(vt proponitur)facta
Armenulfo: ſimul cum illo futuro poſthumo,
facta videtur illo cõmuni verbo ſubſtituo: quo
caſu cõmunis opinio interpretatur illam ſubſti
tutionem fideicõmiſſariam vſq; à princi. Illud
autem eſt ſine aliquo dubio:quòd cum mortuo
ſine liberis dicto. Armenulfo, ſtatim ceſsit dies
illius fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis: ſuperſtite
adhuc nunc quondam Ioanne: & conſequenter
orta fuit obligatio,& actio ex teſtamento con-
tra hęredes dicti Armenulfi ex ipſius Armenulfi
perſona, velut poſt mortem ſuam grauati vt.d.
§.cum filiæ verſi.quòd ſi hæredem in littera ibi
vt ab impubere fideicõmiſſum poſt mortem
eius datũ &c.huiuſmodi obligationem & actio
nem quęſitam(vt prętertur) dicto Leoni.tranſ-

misit etiam non agnita m in ipsum Simoninum eius filium: quidquid in contrarium innuat præallegata glo.vltima ī d.l.cum filio vt ibi per Bar.&.ff.ad trebel.apud Iulianum.§.vtrum &. §.antistia &.l.quidam in testamento scripserāt &.C.de fideicō.l.iii.&.l.si in personam.cum similibus vulgatis iuribus. Quo non est curandū quòd forsitan ille Leo.decesserit ante illam substitutionem non agnitam.

Sed nec illud est omittendum quòd alienata per ipsum Armenulfum:volēte ipso Simonino, (vt præfertur) hærede Leonis fideicōmissarii. Omnia cedunt in legitimam & trebellianicam. Ideoq; quatenus talia alienata æquiualent ipsis legitimæ & trebellianicæ, non supereſt amplius quæstio de ipsarum detractione vlterius facienda de bonis & hæreditate per ipsum Armenulfum relicta.vt.ff.ad trebel.l.Marcellus.§.res quę &. C.cōmunia de legatis authētica.res quæ vbi de hoc plenè.Eoq; illa omnia bona quondam Bernardi nūc attātia, nec per Armenulfum alienata.venient diuidenda inter ipsas sorores,& Simoninum.Asſignādo cuilibet iure fideicōmissi videlicet ipsis Ioanninæ, & Margaritæ pro vna dimidia, & Simonino pro alia dimidia.Ex quibus patēt verificata omnia dicēda.Saluo quòd de relicto vxori ipsius testatoris, quo ipsam eius vxorem.(vt in facto supponitur)iussit,iudicauit.& legauit donnam,& dominam in domo dicti testatoris: & omnium bonorum suorum, ac administratrice dictorum filiorum, & filiarū suarum, donec vixerit casta, & honesta, & sine marito.Amplius, non scribo: quia satis scripsi in alio consilio, in quo ad præsens resideo.Eo excepto, quòd cū sicut supponebatur:sequutus illud factum,in consilio suppoſui,quòd substitutio facta fuit non impuberi imo maiori: illud reuoco.Cum(vt supra dixi)aliter nunc supponitur puta quòd totaliter ecōtra facta fuit substitutio illa.i.impuberi.illud tamē erroneum facti non immutat aliqualiter ius nostrum.Cum (vt præfertur)licet facta fuerit illa substitutio compendiosa impuberi,vt supra pro omni tempore tamen fine interprætata fideicōmissaria. id circo,& hoc casu legatum relictum vxori prę stant substituti,non eorum ex persona.imo Armenulfi filii suprascripti,velut pro omni tempore dūtaxat ab eo relictum vxori.Quo & nunc opportet ad alimenta dūtaxat restringi.Circa illud legatum concludendo(vt illo in consilio scripsi)non attenta illa variatione facti præsertim quia cum relinquisset donnam, & dominā: non addidit vsufructuariam:quod verbum vsufructuariam omissum reddit admodum illud clarum quòd de vsufructu relinquendo vxori sit tractandum.Nō igitur habere debebit vsum fructum pro sua rata tantum præstanda per Simoninum.

SVMMARIVM.

An & quando pater & mater admittantur in testes pro matrimonio filiæ?

1 *Pater & mater an & quando admittantur in testes pro matrimonio filiæ?*
2 *Testes superiores honore,nobilitate,potentia,ac diuitijs,an excludantur ad testificandum contra aliquem?*
3 *Testis inimicus,an sit admittendus?*
4 *Filius viuente patre, dicitur quodāmodo dominus eius bonorum.*
5 *Iniuria facta filio,censetur facta patri:qui est eadē persona cum patre.& infra nn.12.& 22.*
6 *Par est, aliquid nullatenus fuisse: vel non esse, seu ueraciter fuisse,& non apparere.*
7 *Matrimonium sufficienter non probatum: an habeatur ac pœnitus infectum?*
8 *Actore deficiente in probatione:reus absoluitur.*
9 *Rei satis demonstratæ:frustra vltra demonstrationem,aliquid dicimus.*
10 *Pater & mater,an in causa filij,vel filiæ, sint idonei testes.*
11 *Causa filij:patris,vel matris,propria esse videtur.*
12 *In causa sua,nullus testis idoneus est.*
13 *Si quæstio erit,vtrum contractum sit matrimoniū, ita vel ne:tunc pater vel mater, testis esse poterit.& infra nu.14.*
14 *Pater vel mater,& consanguinei plusquam alij:dicuntur interesse matrimonijs filiorum.*
15 *Pater & mater videtur filiæ honorem, & incremētum diligere.& infra nu.20.*
16 *Suspitio,patrem & matrem remouet à testimonio filiorum:& talis produtio testimonij esset nulla.*
17 *An iudicis arbitrio sit:patrem & matrem admittere in testes pro filijs?*
18 *Vir & mulier,cum se ad inuicem superant:tunc pater & mater pro testibus in matrimonio, iudicis arbitrio admittentur.*
19 *Incertis:non certis(& sic iudicis arbitrio)locus est coniecturis.*
20 *Lex vbi est certa: amplius dubitatio non venit habenda.*
21 *Alternatiua in fine posita:tacitè intelligitur repetita in quolibet præcedentium.*
22 *Vinculum patriæ potestatis,est inextimabile.*
23 *In eodem non cadit actio,& passio.*
24 *Filius morte patris nihil acquirit:sed quod suū erat continuat.solamq; facti nanciscitur administrationem.*
25 *Diuitiæ patris,diuitiæ filij censentur.*
26 *Vox vnius,vox nullius.*
27 *Confessio facta in partis absentia: an plenam vel semiplenam inducat probationem: & uehemens adminiculum?*
28 *Ex duabus semiplenis probationibus,an vna semiplena resultet probatio?*
29 *Adminicula,& quæuis alia inditia:duobus testibus saltim sunt probanda:& non sufficit unus.*

Testes

30 *Teſtes de auditu auditus non probant, etiam in matrimonialibus.*
31 *Vox, & fama publica qualiter probetur?*
32 *Quibus magis ſtetur negantibus, uel affirmantibus?*

CONSILIVM XXXVIII.



IN IESV CHRISTI noīe Amē. Viſis omnibus & ſingulis actis & actitatis in cauſa aſſerti matrimonii (vt dicit) contracti inter Petrū de vertoa, licet per eum inficiati parte vna. Et Martinam natā Stephani de Griffis: matrimonium affirmante ex altera, tam coram Reuerendo in chriſto patre & domino. domino Epiſcopo pergamenſi, quā coram eius venerabili Vicario. Vnà cum teſtibus hinc indæ productis in vtroq; termino, & ſuper capitulis per vtranq; partium illa in cauſa exibitis, nec non iuribus & inſtrumentis. Viſo quoq; conſilio Egregii iurisutriuſq; Doctoris, domini Ioannis de aduocatis: qui eleganter & plenariè ſcipiſit ad eneruandum probationem inductam pro ipſo aſſerto matrimonio: quid quid dici poſsibile eſt: finaliter concludendo, contra ipſum aſſertum matrimonium quòd nō fuerit ſufficiēter probatum. Inſertis inſuper litteris ſapientis & Egregii viri, domini Petri de alzano ad modum in vtroq; iure periti, tenoris infraſcripti videlicet.

Spectabilis ac magnæ ſcientiæ iuris vtriuſq; profeſſor, & vti pater dulciſsime, cum debita ſalutatione, & recomēdatione præmiſſis. Ad vos mitto magiſtrum Ioannem pñtium exhibitorem pro habendo à vobis conſilium ſigillatum ſuper quodam caſu quem vobis præſentabit cū proceſsibus hinc inde factis p partes. ſuper quo etiam conſuluit d. Ioannes de aduocatis, (vt videre poteritis) pro aliquali auiſamēto maximè in facto, vt ipſius facti ſeriem capiatis: (prout ſe habet.) Et in effectu punctus quæſtionis ſtat in hoc. Quædam puella cū conſenſu patris conſtituta coram Vicario. d. Epiſcopi ſuam petitionem produxit contra Petrum filium dicti magiſtri Ioannis. Narrādo in effectu quòd ipſa puella contraxit matrimonium per verba de pręſenti cum ipſo Petro. Ac petiit ipſum Petrum compelli debere ad ipſum matrimonium &c. prout in eius petitione continetur. Et ad probādum
1 ipſum aſſertum matrimonium, produxit Antonium in teſtē. † & patrem, & mātre ipſius puellæ qui teſtificati ſunt quòd ipſe Petrus contraxit matrimonium per verba de præſenti cum ipſa puella. Contra ipſum Antonium capitulatum eſt, quòd erat, & eſt inimicus ipſius magiſtri Ioānis patris ipſius petri. Et quòd ipſe Antonius non fuit, nec eſt bonæ famæ, ſed vitioſus prout in capitulis continetur. Et ſunt plures teſtes (vt videre poteritis) deponentes contra ipſum Antonium, & dicta eorum, vbi dicūt vobis oſtendet ipſe magiſter Ioannes. Ita quòd ipſe Antonius teſtis non eſt teſtis integer: nec omni exceptione maior. Et contra dictos patrem & matrem ipſius puellæ oppoſitū eſt, q̄ no poſſent teſtificari, & capitulatum eſt q̄ dictus Petrus & magiſter Ioānes pater eius ſunt ſuperio-
2 res ipſi puellæ † in honore, nobilitate, potētia, & diuitiis ad excludendū vt teſtificari non potuerint ſup ipſo aſſerto matrimonio iuxta terminationē capituli ſuper eo extra de teſti. quæ capitula videntur ſatis probata: & maxime circa potentiam, & diuitias (vt videre poteritis.) Et ipſimet pater & mater in dicto eorum fatētur quòd ipſi magiſter Ioānes & Petrus ſunt potentiores, & ditiores. In tantum quòd putabāt ſe derideri ab ipſo Petro dum aſſerebat ſe contrahere velle matrimonium cum ipſa puella. Et etiam probatum eſt ipſum patrē dictæ puellę laboratorem, Brentatorem, & qui cōſueuit, & ēt dietim ſepellit mortuos. Et quia inſtat tempus ferendæ ſententię: factę fuerunt allegationes coram præfato domino Epiſcopo: allegando ī effectu quòd dicti pater & mater nō poſſunt, nec debent admitti in teſtes per dictum capitulum ſuper eo. Cum ſit probatum quòd ipſe Petrus ſit ſuperior ipſa puella in omnibus: & maximè in potentia, & diuitiis. Et quòd etiā dictus Antonius non debet admitti: vel ſaltim non eſt te-
3 ſtis integer maximè quia inimicus. Et † quòd eccleſia non interponit de clandeſtina deſponſatione. Ad prędicta nititur reſpondere ipſe dominus Epiſcopus per not. per d. Antonium. de Butrio ſup dicto. c. ſuper. vbi tenet quòd ſit in arbitrio iudicis. An pater & mater admitti debeant. Sed reſpōdetur quòd illud habet locum, quando vir & mulier ſe adinuicem ſuperant, & excedunt vnus in vno & alius in altero. Sed vbi certum eſt, quòd vir eſt ſuperior in vno mulieri: & mulier in aliquo non eſt ſuperior viro: tūc non habet locum arbitrium iudiciis. Sed habet locum. c. prædictum ſuper eo quod præciſe determinat ipſos patrem & matrem admitti non debere. Et quia ipſe dominus Epiſcopus nullū aliud facit fundamētū in effectu. Placeat videre ipſum d. Antoniū de Butrio, & clarū reſponſum dāre. Opponit etiam pars quòd iſte Petrus nō
4 eſt ſuperior diuitiis ipſi Paullæ: eo quia eſt filius familias. ad iſtud reſpondetur quòd imo probatum eſt. Nam conſtat, & ſatis doctum eſt in proceſſu quòd ipſe magiſter Ioannes eſt ſatis diues: & tex. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſt. & inſtit. de hęre. qua. & diff. §. ſui dicit quòd filius viuente patre † quodammodo eſt dominus bonorum patris: in tantum quòd moriente patre, nō dicitur tranſire dominium: ſed continuare in filium ſuum hæredem. & quòd ſola adminiſtratio tranſit in ipſum filium. Quare rogo paternitatē veſtrā vt velitis auiſare & examinate caſum p̄dictū: ac videre dicta teſtiū, & deīde veſtrū cōſilium ſubſcriptum, & ſigillatum more veſtro

ipsi magistro Ioanni præbere.faciendo mentionem ī subscriptione qualiter vidistis processum inter partes agitatum Recordatus insuper dicit ipse.d.Episcopus quòd licet deponatur de inimicitia dicti Antonii testis ad ipsum magistrum Ioannem patrem dicti Petri Non tamen deponitur, nec probatur de inimicitia contra ipsum Petrum quia potest esse inimicus patris, & amicus filii: quòd nihil est dicere in effectu.

5 † Cum iniuria, & offensa facta patri censeatur facta filio: quia est eadem persona cum patre.

Et hiis omnibus plenariè discussis: ac superinde habita diligenti & matura deliberatione. Sub breuiloquio concludendum existimo vt & in ipso consilio.Puta pro ipso Petro.& contra dictum assertum matrimonium. Quòdq; omnibus rectè ponderatis non potest videri ipsum matrimonium sufficientur probatum.mæritò cum in iudicialibus certi iuris,sit & iudubi

6 ti quòd par est † quid nullatenus fuisse: vel non esse:aut veraciter fuisse,& seu esse, sed non apparere: quoniam tunc & si non deest ius:abest nihilominus probatio.Habendum est tale assertū

7 matrimonium quasi non sufficienter † probatum, pœnitus vt infectum. vt. ff.de testa.tute. duo sunt titii.& locati & cōducti.l.in lege ī tan-

8 tum quòd actore deficiente in ꝓbatione † reus aboluitur.& nil præstiterit &c.C.de rei vendica l.vltima.de actio & obligatio.negantes.&.l. actor quod asseuerat.C.de probatio.l.ii.ff.eo.& l.qui accusare.C.de ædendo.extra de causa.pos. & proprie: cum ecclesia.ad fi.& vt ecclesiastica benefitia.c.i.§.cum enim cum similibus vulgaris iuribus.Quoniam ergo in dicto consilio supposita fuere omnia alias supponenda.in facto superuacua foret amplius illius facti seu casus repetitio,sicut aliàs in consiliis soleo.Atq; cum pro fundamento & iustitia fuere ibi omnia conscripta ꝓptimè tollentia quæcūq; ad ꝓbatio

9 nē matrimonii inducta.† Id circo illius rei satis demonstratæ frustra est vltra demōstrationem adicere.inquit ad literam tex.ff.de dot.præleg. l.i.in fi.Eoq; satias amodo est retentis rationibus ac iuribus ad plenum ipso in cōsilio pro Petro inductis & contra matrimonium. Tandem tollere nonnulla motiua quæ allegari dicuntur in contrarium per prælibatum Reuerēdum patrem & dominum dominū Episcopum. iuxta continentia suprascriptarum litterarum.Quāuis.n.ipsa motiua pateant recte intuenti ipso in consilio sufficienter sublata.Tamē vt clarior relinquatur prędatus.d.Episcopus tollent.iterū clarius illa pro matrimonio per ipsum inducta.

Reuertor igitur ad primum ipsius.d.Episcopi obiectum,factum ad robur & efficatiam probationum inductarum per dictam Martinam pro ipso afferto matrimonio. videlicet patris eius & matris(vt continetur ipsis in litteris.) Cuius primum fortificandi gratia præmittendum est ante omnia,quòd licet alias regulari-

10 ter pater †& mater filii vel filiæ nō sit idoneus testis vt legitur & nota.in decretis.iiii.q.iii.itē

11 testis idoneus. Eoq; † quòd causa filii patris, ūel matris esse ūidetur.Cum damnum & emolumentum ad eum pertinere videatur.ii.q.vi. §.biduum versi.palàm.& trahitur ex.l.ii.§.ī pro

12 pria.ff.quā.sit.appella.ī sua † autem causa nullus testis idoneus est.iiii.q.iii.§.nullus.&.C.de testibus.l.omnibus & arg.iii.q.quinta.c.i.Nec mirum, quoniam pater & filius pro vna ꝑsona reputantur.xxv.q.iii.§.hac auctoritate.&.C.de impube.& aliis substi.l.vltima in fi.& insti.de inutili.stip.§.ei verò qui. Speciale tamen est in matrimonio secundum Inno.extra de testi.sup eo.& in glo.ad fi.ibi admittuntur &c.& in Spe. de teste.§.i.versi.quarto fallit &c. In matrimonio enim & si agitur an contractū sit nec ne: nō solum super cōsanguinitate ferre potest testimonium.Si non sit mater vel pater suspectus pro-

13 pter † diuitias,vel nobilitatem,seu potentiam, vel honorem viri.Nec mirū q̄ possint ferre testimonium vt inquit Innocē.vbi supra.quia pater

14 mater & consanguinei plusquā † alii inter sunt matrimoniis filiorū.vt extra qui matrimo.accusa.po.c.videtur.& quod ibi plene nota.argu. ēt.xxxv.q.vi.cōsanguineos etiā.Pro matrimonio ergo si est quæstio.an contractum sit regulariter optimum est patris vel matris testimo-

15 nium.Verum tamen quia mater † .s.& pater filiæ videtur iuramentum & honorem diligere:illa ratione,inquit text.expressè.in dicto.c.super eo.quòd vbi vir superior sit diuitiis, nobilitate s.parentum potentia.puta amicorum,vel honore,quia Doctor,aut miles, vel secundum Ioan. And.aut consiliarius principis, aut magni viri, seu in alia dignitate constitutus, testimonium eius.s.patris,& matris(vt præfertur) suspectum videtur.Et ideo inquit formaliter tex. in dicta decretali super eo,non esse admittendum illud testimonium aliquatenus.quod est notabile:qa

16 vt vult tex.ibidem † expressè talis suspitio eos remouet oīno à testimonio:ipsos nullatenus admittendo etiam cum destructione affectionis. Perinde ergo vbi est illa suspitio:habēdū est omnino,ac si testimonii patris,& matris,nulla protinus esset facta productio.vt dicto.c.super eo. & scribit Specu.in Spe.de testi.§.i.versi.vbi autem quęritur an mattimoniū sit cōtractum &c. Quoniam ergo regulariter admittitur.s.quòd fuerit contractum:patris & matris testimoniū quotiens vacat illa suspitio. Arguit ꝑfatus.d.

17 Episcopus † quòd relinquendum est iudicis in arbitrio.iuxta illud Diui Adriani rescriptū de quo in.l.iii.§.i.ff.de testi.in littera ibi. Eum qui iudicat magis posse scire quanta fides testibus sit adhibenda. Verba epistolæ hæc sunt:tu magis scire potes &c.inducens pro hoc notata p d.Anto.de Butrio super d.c.super eo. vbi ad fi. apparatus tenere videtur quòd sit ī arbitrio iudicis,an pater & mater admitti debeant &c.Cu

ius

ius dictum vetustiori & vehemẽtiori auctoritate fortificatur.ex dictis Hosti.ibi soluendo concludentis.qñ quærit de matrimonio ob cãm cõsanguinitatis cõiungẽdo,vel disiũgẽdo tunc in fauorem matrimoni,& vt vitetur animarum periculũ : & quia tales melius veritatẽ nouerunt quam extranei:præçeteris,parentes admittuntur.& consanguinei:vt in contrariis de quibus supra.& d.c.super eo.§.i.& subicit pulcherrimè Hostien.cum glo.ibi ad fi.idem intelligi:vbi agitur de contractu matrimonii.Nec est nimia inçqualitas inter eos.Nã vbi vir qui impetitur,maior est nobilitate,potentia, honore, ac diuitiis, tunc inquit ipse, quòd testimonium non admittitur.imo repellitur, vt suspectum secundũ quod dicitur in d.c.super eo. & meritò subdit: quia si admitteretur, de facili probaret plebeia quòd cum Rege contraxerat : & plebeius cum Regina. Et proinde infert decens: repellitur ergo tale testimonium, nisi forsan & aliæ circunstantiæ concurrerent:puta,Nobilis sæpe sollicitauit mulierem quia valde formosa erat : quòd cũ ea dormiret. illa semper respondebat quòd nunquam consentiret, nisi contraheret cum eadem : & pater & mater & consanguinei essent honesti,& alias bonæ famæ.de quibus non esset præsumptio quòd aliquo modo deierarent argu.extra de procur.c.in nostra.§.fi.de sepul.ex parte.de spon c.tua. Et subinfert pulcherimè idem Hosti.dicens ergo hoc arbitrabitur bonus iudex quia quid quid possumus scribere de hac materia: totum est arbitrarium:vt patet in d.l.iii.ff.de testi.& extra.eo.c.i.&.c.in nostra,in aliis autem contractibus finaliter tenet etiam Hosti.quòd non admittuntur pater nec mater vt dictis iuribus.cuius Hosti.formaliter est tota hæc glo.si forte in pergamo nõ haberetur eius lecturam.Concordat ibidem Ioan And.dicens quòd si alter excedit in vno, & excediturita quòd se habent vir & mulier vt excedentes & excessa puta mulier nobilis, & pauperima.vir plebeius & ditissimus.hoc iudex arbitrabitur, an testimonium matris sit suspectum : subdens quòd inspiciet consuetudinem regionis, & de hoc se remittet in Spe.de test.§.i.in fi.primæ columnę dicto versi.vbi autem quæritur &c.vbi & Speculator dicto casu.s.quando vir & mulier se habent vt excedentia & excessa.tenet quòd iudex examinabit &c.Epilogans finaliter quòd secundum hoc interprætabitur an testimoniũ sit suspectum, vel non &c.Et idem Ioan.And.in d.c.super eo post testulia in glo.i.ad fi. ibi vel modica etiam excellentia admittuntur &c.tenet per omnia vt Hosti.vbi supra.videntur ergo prima fronte arbitraria hæc omnia.Quibus ex omnibus multum fortificari videtur illud primum.d.Episcopi motiuũ: Quòdq; totum hoc sit arbitrarium.

Cæterum ad huiusmodi principale motiuũ. Optimum existimo responsum·quod datur per ipsum.d.Petrum suisq; in literis cõpræhensum puta quòd tunc demum hoc est arbitraium, & in arbitrio iudicis constitutum vtrum pater, &
18 mater admitti debeant † quando mulier & vir se ad inuicem superant & excedunt vnus in vno & alius in alio:vt immediate dixi in exemplo. Fateor enim quòd tunc relinquitur iudicis in arbitrio.Sed vbi certũ est quòd vir est superior in vno mulieri: & mulier in aliquo non est superior viro: tunc nullatenus repositum est iudicis in arbitrio.imo locum habet capit. prædictum super eo.repellens præcise patrem & matrem
19 à testimonio.† quia in incertis.non certis, locus est cõiesturis, seu arbitrio iudicis de lega. iii.ille aut ille.§.cum in verbis. & de verbo. obl. continuus.§.cum ita & optimè de iure delibe. l.i.in fi.Hęc quoq; solutio conuincitur manifeste ex hiisdẽmet Doc. omnibus in hac materia loquentibus.Concludenter enim illud tantum modo constitui iudicis in Arbitrio. si modo vel vir excedit in vno vel mulier in altero.Aut cum aliæ conueniunt circumstantiæ supradictæ cum immensissima parentum honestate. Quia enim tunc oportet super prædictis inquirere: Rectè inquiunt super hoc arbitrandum a iudice quibus hils duobus casibus dũtaxat assentit etiam.d. An.de Butri.At quando mulier virum non excedit in aliquo: nec conueniunt circunstantiæ de quibus supra.Nil restat per iudicem inquirendum vltra.imo sanctio canonica pręcise mandat patrem nec matrem aliquatenus admittendos.vt.d c.super eo ad fi.principii in litera ibi & ideo nõ esse aliquatenus admittendũ: nihil ergo tunc restat faciendum in quo sit possibile iudiciis arbitrium.Quo casus noster nullum habet dubium.quia vbi Canon.seu lex est
20 certa† nulla amplius dubitatio venit habenda. Nec nostrum est illos Doc.certo dũtaxat casu arbitrium iudicis admittẽtes trahere ad casum nostrum, præsertim vbi est alia ratio: & tex.in contrarium expræssus in d.c.super eo.ff.de legi. quod non ratione.&.l.quod vero &c. Præterea cum illud.capitulum super eo.illa ex violenta & naturali præsumptione. quòd ascendentes qui magis diligunt suos descendentes quàm semet ipsos:& consequenter videntur diligere in cremẽtum & honorẽ eorum vt in d.c.super eo. est expræssum in litera ibi mater filiæ videtur in crementum & honorẽ diligere &c.argu.etiam, ff.quod me.cau.l.isti quidem.in fi.Non residet in sola præsumptione suspitionis aduersus patrem & matrem testificantes. Suspicando quod verum minime sit eorum testimonium.imo finaliter statim vltra procedit:ius statuendo quoties vir superior est diuitiis, nobilitate,potentia ,vel honore &c.& disponendo de tali testimonio quòd nullatenus admittat. illa suspitionis præsumptio videtur nedum iuris.imo etiã & de iure.ita quòd nulla in contrarium admittitur probatio nisi per confessionem viri : aut

ppter

propter immensam eorum patris & matris ho nestatem.cum circunstantiis de quibus.supra. Hosti.& Ioau.And.vt in authentica.sed iam ne cesse & quod ibi not.& in l.siue possidetis.C. de probatio.ff.quod met.causa.non est verisimile extra de spon.is qui.Quibus elicitur noua spes præsumptionis iuris & de iure.puta, quotiens ius non præsumit:imo statim vltra procedit ius super inde statuendo: licet glosæ prælegatę solas fictiones legales quę sunt multiplices reputent præsumptiones iuris, & de iure.quãuis minus proprie.imo propria est præsumptio illa quæ se habet ad esse, & non esse.Sicut recte licet exemplum videre in illo casu de matre: quando vir est superior:fictio autem semper est contra veritatem: quo illæ glosæ inepte eam appellant præsumptionem iuris & de iure.Sed nec illud est omittendum: quòd cum illa quatuor quibus illo in capitulo super eo vir reddit superior:iunguntur non coniuncti.imo alterna
21 tiuè. † Cum licet sit vnica illa alternatiua: vel quoniam tamen in fine posita est: tacite intelligitur repetita in quolibet præcedentium.vt extra.de appella.secundo requiris. Merito ibi est ad litterã expræssum quòd sufficit quòd vir sit superior in altero illorum omnium quatuor.argu.ff.de cõdictio.insti.si hæredi plures.& de ver. oblig.l.si quis ita stipulatus fuerit siue nauis ex Asia venerit &c.& tenet Specu.ad contextum. vbi supra.& Ioan.And.in dicto.c.super eo in littera ibi,vel honore.& idemmet.d.Anto.de Butri. De illo autem nemo dubitat,quòd magister Ioan.cum filio superior est saltim diuitius: & in hoc cõsentiunt testes vtriusq; partis proculdubio.etiam ille Ant.de Barberiis testis ita suspectus suo in testimonio deponẽs pręceteris. Cũ vt asserit.P.dixisset sibi velle quòd diceret Carinæ matri Martinettæ,quòd libenter acciperet eius filiam in vxorem.Respondit certè non faciam.quia cogitabat quòd trupharet.& infra deponit.Cum dixisset matri quòd.P.acciperet filiam in vxorem si sibi placeret: mater respondit vos truphatis me.Et adhuc infra de Stephano patre dixit quòd habuit sibi dicere,quòd facta sua non possunt ire post facta dicti.P.Quinimo ore aperto hoc fatentur pater & mater. Nec de hoc versatur aliqua dubitatio.Cum mater perhibendo testimonium,inquit.Cum.P.sibi dixisset:vultis mihi dare Martinam in vxorẽ quòd ipsa dixit sibi:tu me truparis:& in testimonio addit rationẽ quare sic dixit,videlicet quia putabat ipsa testis,quòd.P.trupharetur:ꝓ eo quòd ipse.P.seu pater eius est ditior.seu potentior in diuitiis suprascripto.Stephano.Et adhuc infra.Cum post tres dies.P.repeteret Martinam in vxorem:attestatur mater adhuc dixisse quòd eã truphabatur verè:& ille Stephanus similiter in suo testimonio affirmat,cum vxor ipsius testis sibi dixisset quòd ipsi.P.& Antonius de marianis dixissent sibi si volebãt dare Martinam in vxorem suprascripto.P.&.Respõdit vxori,te truphantur.&c.Et adhuc infra dixit,quòd cum.P.vocasset filiam in vxorẽ:habuit sibi dicere:nõ velis me truphari &c.Alii quoq; testes super hoc inducti per magistrum Ioannẽ melius si rectè intueantur:concludũt in diuitiis, quòd superior est ipso Stephano:quod & ostẽdunt iura,& instrumenta acquisitionum producta per ipsum magistrum.Ioan. Neq; cõtra huiusmodi potentiam diuitiarum in alio,idest in nobilitate,amicorum potentia,vel honore, mulier virũ excedit:& consequenter(vt præfertur) nihil restat super quo.d.Episcopus arbitretur:Huic tamẽ superioritati diuitiarũ videtur obstare præfati.d.Episcopi motiuum, dicentis quòd diuitiæ non sunt apud.P.sed patrem &c. quãquam optima sit responsio per.d.Petrum data:& concludens necessario.Cuius gratia oportet intelligere iuris ciuilis artificium. tetigit glo.instit. de hære.qua.& differ.§.sui.Adinuenit enim Ciuitas Romana, seu proprium ius ciuile ciuitatis huius,illud inextimabile vinculum quod ha-
22 bet pater in filios.s.† patriæ potestatis: quæ est inextimabilis.ff.de lega.i.filiusfa.§.secundũ vulgarem.quo quidẽ ex vinculo, licet naturaliter pater & filius sint personæ distinctæ:iuris tamẽ intellectu ambo vnica tantummodo(vt præfertur)persona reputantur.quo ventũ est necessã-
23 riò ad id:† quia in eodem nõ cadit actio & passio:quòd inuicẽ nulla est ciuilis obligatio.Atq; cum differẽtia rerum,& omnia alia iura sint tota in toto,& tota in qualibet parte,& plusquam ridiculum foret, contrarium credere. puta in met ipso,& quolibet alio vnum esset dicere,ꝙ illa differentia & iura forent tantũ in parte personæ dextra vel sinistra &c.Necessarium est ergo fateri suppositа illa vnitate personarum repręsentata in patre,& filio,quòd omnia per patrem acquisita.existãt pariter in vtroq;:quo & illud est quòd pater moriens non censetur relin
24 quere hæreditatem aliquã posteris suis.† Imo superstes filius continuat quod antea suum fuerat:& sola morte patris nancisicitur solã facti administrationem.patri velut capiti superstiti antea cõmissam.vt ad contextum describit tex.in allegata.l.in suis.ff.de liberis & posthu. quam refert Bart.ibi fuisse carocerum totius tituli.&.ff. de suis & legit.l.in suis. Exinde quoq; descẽdũt plurima alia quæ velut extrauagantia hic sunt
25 omittenda. † Quo fit,vt diuitiæ patris, diuitiæ quoq; filii censeantur &c.Quibus proculdubio infertur indubitata suspitio repellens patrem, & matrem ab illo testimonio. Quibus etiã fit, ne fundamẽtum aliquod fieri possit ex testimonio dicti Antonii Barberii.quoniam vnicus est & vox vnius &c.C.de testi.iuris iurandi. Præser
26 tim † contra quem probatum eit tot ex testibus tantum odium contra patrem, seu inimicitia tanta:qua fit,& ipsius persona suspecta: vt dicta.l.iii.de testi.Inquit enim primus testis inductus

&tus per ipſum magiſtrum.Ioā.de inimicitia di
&ti Antonii Barberii,illum Antonium dixiſſe ꝙ
pateretur omne malum incurrere cōtra ſupra-
ſcriptum magiſtrum Ioan.Et ſecundus,cum re
præhenderet dictum Antonium de eius quę fa-
ciebat contra magiſtrum Ioannem &c. dixit ꝙ
ſi expendet florenos.x.magiſter Ioan.expendet
floren.c.& ſic non tm̄ ſollicitator ex inimicitia.
imo adhuc expēditor &c.quo patet de cā.Cur
per aliquod tempus fuerat ipſe Antonius cū di
&o.P.conuerſatus. ſecundum eiusmet dictum.
puta,nō ad bonum dicti.P.ſed ad malum:& cō-
ſequenter illa conuerſatio non concludit ami-
citiam inter ipſum Antonium.&.P.immo ma-
gis inimicitiam, odio patris aduerſus ipſum
P.cauſatā,& conſequenter infertur quòd nedū
eſt odioſus patri.imo & propter patrem pari-
ter filio.quo etiam tollitur vltima domini Epi-
ſcopi obiectio:qua dicebatur quòd licet proba
retur inimicus patris.nō propterea infertur ꝙ
fuerit filii.quod eſt falſum(vt ſupra extitit pro-
batum.)Tertius autem deponit:cum conquę re
retur contra ipſum Antonium quòd dabat ex-
penſas &c.Reſpondit Antonius ideo feci, & ſic
ad vindictā,& nulli alii feciſſem &c. Cū vt quar-
tus addit,quia cum Antonius de potentia ha-
buiſſet.agere cum magiſtro Ioan. & propterea
dediſſet ſibi vnam alapam &c.dixit quòd finali-
ter damnificaret eum de libris.cc.ipſi: ſtans li-
cet reprāhēſus in ſuo propoſito primo propter
quā alapam ſubdit quintus teſtis:quòd ille An-
tonius dixit ſe vendicaturum:& nunquam eius
futurum amicum.imo ſi poterit: offendet eum
